1901.

BIBLIOTECA DELLA R. CASA
IN NAPOLI

N.° d'inventario 1657/1712
Sala Grande
Scansia 27 Palchetto 5
N.° d'ord. 2

Digitized by Google

Palat. XXVII 22

Digitized by Google

582284

AD ANNALES SICULOS

PRÆLIMINARIS APPARATUS

IN QUO

De Siculæ Hiſtoriæ Dignitate, Antiquitate, & Scriptorum præſtantia, ac numero fusè diſſeritur.

AUCTORE

SAC. D. AUGUSTINO
INVEGES
NOBILI SACCENSI.

Opus poſthumum,

Annaliumque Siculorum ejuſdem Auctoris diu deſideratorum Prodromus.

Acceſſerunt in fine aliquæ Notæ, & Additiones.

PANORMI,
Ex Typographia JOANNIS NAPOLI MDCCIX.

Impr. Sidoti V. G.)(*Impr. Ugo P.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PANORMITANO SENATVI.

D. FERDINANDO FRANCISCO GRAVINA, Principi Palagoniæ, Marchioni Franchifontis, & Deliæ, Baronis Calatabiani, S. Philadelphii, Domini Terrarum Pedimontis, &c. Velleris Aurei Equiti. PRÆTORI VIGILANTISSIMO.

D. JOSEPHO GAROFAL, ET FILINGERI. Septimùm.
D. FRANCISCO ZAPPINO, ET TERMINE. Secundò.
D. CAROLO VANNI, ET BELLACERA. Tertiùm.
D. JULIO BENZO, ET ALIMENA.
D. ALOYSIO PAPE'.
D. JOANNI DE AOIZ. Ex Conſil. S. C. M. à Secretis.

SENATORIBVS.

D. MICHAEL DE JUDICE PRIOR CASINENSIS.

EXimij Viri D. Auguſtini Inveges, ob evulgatam Fælicis hujus ac Fideliſſimæ Urbis Hiſtoriam, de Panormo optimè meriti, Totius Regni Siciliæ Annales, ab omnibus diù requiſiti, hac prima litteraria Velitatione: DE DIGNITATE HISTORIÆ SICULÆ:

 in pu-

in publicum opportunius prodire non poterant, quam Anno, in Regni Capite, Veſtris P. C. præclaris Nominibus, & Auſpicijs inſignito. Luctuoſos in memoriam revocat, & horret adhuc Trinacria Annos, quibus ab immani Carthaginenſium, Gothorum, Vandalorum, Saracenorum furore, ac barbarie, ſe deſolatam, peremptam, captivam acerbè deflevit. Lætabunda è converso commemorat Triumphales Annos, Victoriarum Palmis renidentes, Gelonis, Metelli, utriuſque Rogerij, Comitis, & Regis: Acclamationum inſuper plauſibus etiam num reboantes, propter fauſtiſſimas Inaugurationes Regum, Petri Aragonenſis; Ferdinandi Catholici, & ut cæteros prætercam, Caroli V. & PHILIPPI V. fortiter, clementerque, quod perenne ſit, hodie Regnantis. Parem autem præſenti, impeditiſſimis involutum eventibus, Annum vetuſtæ Ætates non referunt; neque memorabiliorẽ Tempora exurgentia mirabuntur. In hac Regia etenim Regnum univerſum, Eroica PRINCIPIS REGENTIS Fortitudine vallatum: Inconcuſſa Panormitanorum Procerum Animi Virtute præcinctum: Magnanimæ Veſtræ Fidei, SENATORES INCLITI, Præſidio munitum; non ſolum Hoſtiles minitationes, & Calamitatum impreſſionem profligavit, eluſit; verùm etiam Cœlitum auxilia, Gaudiorumque

rumque oblectamenta evocavit, retinuit, aſſeruit.

Meritò igitur ſimul conveniunt tranſacti Ævi omnes Memoriæ, ad excitandum, in exhibito Sicularum Hiſtoriarum PRODROMO, partæ Veſtræ Gloriæ immortali nobilem TITULUM, perenniſquæ Famæ illuſtre MONIMENTUM. In eo videre eſt, omnes Sicularum Rerum Scriptores conteſtari paratos, è blando, fortique hujus Anni SENATORIO MODERAMINE futuram poſteris Scribentibus, ſubſequentibus Sæculis, peramplam Encomiorum Panegyrim, publicam Exemplorũ Paleſtram. Quale p ræclarius de inſuetis Commentarium! Inter armorum ſtrepitus, Felicitas à Religionis Pietate ſuffulta: inter diſſidentium diſcrimina, Pax à Comitatis dexteritate ſecura: Inter univerſalem Annonæ caritatem, Ubertas à profuſis Theſauris opima. Et cum Privatorum creditas Gazas exhauſerit elapſi temporis fatalis Adraſtia, Veſtro pervigili ſtudio, luculentæ Opis fæderatæ Suppetiæ publici Ærarij Majeſtatem reſtituunt. Et dum conterritum per Orbem minaciter infremit furens Bellona, eruditas nihiloſecius doctæ Palladis Diſſertationes, Veſtra provida ſollicitudine, in hac feriata Solis Inſula Nobis audire conceditur.

Orbis

Orbis Chriſtiani Votis benignus annuat Deus, exoptatam ſupplicibus tribuens Pacem. Tunc ſolerti Otio conſpicietur in Annalibus Siculis, propediem evulgandis, celeberrimum, præ cæteris, noviſſimi hujus Anni Regeſtum. Indèque Veſtra, PATRIÆ PATRES CONSCRIPTI, OB CIVES SERVATOS, GLORIOSIOR CORONA.

Digitized by Google

TOTIUS DISSERTATIONIS PROSPECTUS.

SECTIO PRIMA.

De Dignitate Hiſtoriæ Siculæ.

Cap. 1. SIcula Hiſtoria in Choro Antiquiorum, Nobiliorumque Hiſtoriarum quem locum obtineat. pag. 1.
Chorus nobilium Hiſtoriarum nobiliorem Epocham æmulantium. pag. 18.
Cap. 2. Hiſtoria Sicula in Nobili Choro ſelectiorum Hiſtoriarum, gloriam Primi, & antiquioris Scriptoris conſequitur. pag. 19.
Chorus Selectiorum Hiſtoriarum gloriam Primi antiquioris Scriptoris æmulantium. pag. 32.

SECTIO SECUNDA.

Hiſtoria Sicula quam fuerit, hodieque ſit dives, & opulenta antiquis, & recentioribus Scriptoribus.

Cap. 1. IN Sicula Hiſtoria, quam multi antiqui, & graves Hiſtorici defecerint, & exoptentur. pag. 33.
Catalogus antiquorum Scriptorum Siciliæ deperditorum. pag. 48.
Cap. 2. Hiſtoria Sicula à multis antiquis, & recentioribus Scriptoribus hodie illuſtratur. pag. 49.
Cap. 3. De Manuſcripta Hiſtoria Siciliæ. pag. 61.

AD DISSERTATIONEM DE DIGNITATE Hiſtoriæ Siculæ obſervationes, & Auctarium.

AD Sectionis primæ Caput primum. pag. 69.
Ad Caput ſecundum Sectionis primæ. pag. 89.

Ad

Digitized by Google

Ad Sectionis ſecundæ Caput primum. pag. 91.
Ad Caput ſecundum Sectionis ſecundæ. pag. 92.
Ad Caput tertium Sectionis ſecundæ. pag. 95.

AUCTARIUM

AD Auctores deperditos. pag. 98.
Ad Auctores impreſſos, qui ab Invegio ſunt prætermiſſi. pag. 99.
Ad Auctores Manuſcriptos. pag. 101.
Ad Auctores impreſſos, eorum, qui poſt Invegium ab anno 1654. impreſſi ſunt. pag. 106.

Digitized by Google

SECTIO PRIMA
DE DIGNITATE
SICULÆ
HISTORIÆ

SICULIS Annalibus eruditum præmittere Apparatum multa nos jure perſuadent; potiſſimum illa ratio, quia lectorem erga noſtros futuros Annales benignum efficere optantes, avidumque illos perlegendi, non melius aſſequi poterimus; niſi præmittamus Apparatum; qui ei Dignitatem, Divitias, & Ornamenta Siculæ Hiſtoriæ ob oculos proponat.

SICULA HISTORIA IN CHORO ANTIQUIORUM, Nobiliorumque Hiſtoriarum quem locum obtineat.

CAP. I.

I. HISTORIA, inquit M.Tullius Cicero: (1) *Eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis*: conſimiles laudes ſpargit Cornelius Agrippa;(2)*Hiſtoria eſt rerum geſtarum cum laude, aut vituperatione narratio; quæ magnarum rerum conſilia, actiones, exitus Regum, & magnorum virorum actus, cum temporum, & locorum ordine, ac deſcriptione tanquam viva quædam pictura ante oculos exponit: Ideoque hanc tamquam vitæ magiſtram, & ad ejus inſtitutionem utiliſſimam cenſent fermè omnes*: æqualibus etiam encomiis exornant Diodorus, (3) Plinius, (4) Vi-

 ves,

(1) *lib.2. de orat.* (2) *de vanit. Scientiar.* (3) *lib. 1. BB. in proem. ad vitam Philippi, & Alex.* (4) *lib.8. epiſt. ad Laurep.*

ves, (1) & Baſilius Imp. (2) qui ſcribens Leoni filio, ait: *Per veteres Hiſtorias ire ne recuſa: illinc hauries, & bonorum virtutes, & malorum vitia, varias humanæ vitæ mutationes, & rerum in ea converſiones, mundi hujus inſtabilitatem, & imperiorum præcipites caſus: & ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia.* Cognoſcentes ergo omnes Gentes, quàm ſit utilis, quin neceſſaria Hiſtoria moderamini humanorum morum, & tàm politicæ, quàm ſacræ adminiſtrationi civitatum, ac regnorum; ut admonet Philo. (3) *Hiſtoriarum, & Poetarum lectio prodeſt ad præparandam perfectam virtutem, & ad curam Reipublicæ.* Hinc eſt, quod quaſi cunctæ Gentes, & Provinciæ ſtuduerunt habere ſuos Scriptores, qui ſuas peculiares Hiſtorias deſcriberent, ac enarrarent: ut videre eſt apud Antonium Poſſevinum, (4) qui in ſua Bibliotheca edidit Septem eruditiſſimas Sectiones de varia Hiſtoria Gentium, ubi in Sectione Secunda diffusè loquitur de Hiſtoria Græca; in Tertia de Romana; in Quinta de Hiſtoriis omnium penè Provinciarum Europæ; in Sexta omnium ferè Provinciarum Aſiæ; in Septima Provinciarum Africæ, & quaſi cunctarum Inſularum, tum Oceani, cum Mediterranei maris: & in Capite Decimo ejuſdem Sectionis Septimæ connumerat Hiſtoricos Triginta Sex Civitatum Italiæ, & aliarum Provinciarum.

II. Itaq; cum ſimus exordituri novos Annales Regni Siciliæ, noſtrũ erit ex toto faſciculo Hiſtorico aliquas ſeligere Hiſtorias antiquiorum, & celebrium Regnorum; ut illarum comparatione magis eluceſcat antiquitas, & nobilitas noſtræ Siculæ Hiſtoriæ. Et, ni fallimur, celebriores Hiſtoriæ ſunt Duodecim: Hebræa, Græca, Latina, ſeu Romana, Ægyptia, Scythica, Aſſyria, Cimmeria, Hiſpana, Germana, Gallica, Perſica, & Sinenſis. Verumenimverò antequam noſtram Hiſtoriam Siculam collocemus ex adverſo iſtarum Duodecim exterarum Hiſtoriarum, ut elaboremus collationem nobilis Antiquitatis, oportet ſcire; ex duobus fontibus ſcatere Nobilitatem, & Antiquitatem Hiſtoriæ: Primò ex antiquiori, & prima notitia, ex qua inchoanda eſt Hiſtorica narratio; Secundò ex antiquitate Primi Scriptoris Hiſtoriæ: ut teſtis eſt Joſephus Hebræus (5) cujus verba paulò inferiùs laudabimus: atq; in præſenti Capite aſſeremus

(1) *lib. 2. de cauſa corrupt. art.* (2) *in parenetica c. 56.*
(3) *lib. de Sacr. Abel, & Cain.* (4) *t. 2. li. 16.* (5) *li. 1. cont Apion.*

Digitized by Google

mus Primum fontem, in ſequenti explorabimus Secundam ſcaturiginem Nobilitatis Hiſtoriæ.

III. Igitur in choro Hiſtorico ſine dubio,& preter omnem æmulationem Primus, & honeſtior locus Antiquitatis debetur *Sacra, & Hebraicæ* Hiſtoriæ, quia hæc ſuam narrationem exorditur ab Orbe condito: *In principio creavit Deus cœlum, & terram*; & à ſtructura Humani generis; *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Hiſtoriam *Græcam* collocamus poſt *Hebraicam*, quia inter profanas Hiſtorias eſt magis celebris,& famoſa: hanc tamen Joſephus(1)omnium Hiſtoriarum Noviſſimam, & Recentiorem appellat; dicens,*omnia ſiquidem Græcorum Nova, & Heri, ut ita ditam, nuperq;facta cognovi*: & Rationem duplicem reddit; Primò,quia Græca Hiſtoria inchoat ſuarum rerum narrationem à temporibus nimis recentibus: *hoc eſt fabricam civitatum, & adinventiones artium, conſcriptioneſq;legum*. Secundò, quia inter Grecos Primus, qui ſcribere incœpit Hiſtoriam Græcam, vixit inter Heroes ſæculorum juniorum: *cunctarumque rerum Junior apud eos eſt Hiſtoriæ diligentia conſcribendæ*.Ex his ergo verbis Joſephi clarè videtur, verum eſſe id, quod ſupra annotavimus; hoc eſt Antiquitatem, & Nobilitatem Hiſtoriæ ex duabus rebus pendere, ſcilicet à Prima notitia Hiſtorica antiquiſſima;& à Primo Hiſtorico, quod ſit magnę antiquitatis. Verùm circa antiquitatem rerum Grecarum Paulus Oroſius (2) affigit epocham,ſive principium his verbis: *omnes prope modum, tam apud Græcos, quam apud Latinos ſtudioſi ad conſcribendum viri, qui res geſtas rerum, populorumq; ob diuturnam memoriam verbis propagarunt, Initium ſcribendi à Nino Beli filio, rege Aſsyriorum fecere: ſunt autem ab Adam primo homine uſque ad Ninum magnum (ut dicunt) regem; quando natus eſt Abraham anni* 3184. juxta Chronologiam Græcam, ſed ſecundum Hebraicam apud Gordonium (3) ſunt anni 1978. *qui anni ab omnibus Hiſtoriographis, vel omiſſi, vel ignoti ſunt*: Et ipſe rationem reddens, cur Hiſtoria Græca, & Latina omittat talem diſtantiam temporum, quæ intercedit à creatione Adami, & Mundi, uſque ad regnum Nini, & ortum Abrahæ; ait: *Qui cum opinione cæca Mundi originem, creaturarumque omnium ſine initio credi velint; cœpiſſe tamen ab hoc regna, bellaque definiunt: quaſi vero eatenus humanum genus ritu pecudum vixerit, & tunc Primum veluti ad no-*

(1) *loc.cit.* (2) *lib.1.c.1. hiſt.* (3) *In Chron.*

novam providentiam concuſſum, ſubſtitumque evigilavit. Pererius (1) etiam in ætatibus recentioribus affigit epocham, & principium Hiſtoriæ Græcæ, dicens: *In Græcorum Hiſtoriis, & Annalibus, ac etiam fabulis nil antiquius Inacho, ac Phoroneo Primis Argivorum regibus; nihilque Ogygis diluvio, quod illis regnantibus univerſam Atticam obruit.* Dionyſius Halicarnaſſæus (2) & Euſebius (3) etiam affirmant, in tam varia Hiſtoria Græca antiquiorem eſſe Argolicam, quæ inchoat ſuarum rerum narrationem ab Inacho Primo Rege Argivorum, cui ſucceſſit prędictus Phoroneus: & Primus Rex Inachus juxta Euſebium (4) apud Argivos cœpit regnare anno 160. vitæ Abrahami, naſcente Patriarcha Jacob. At Gordonius, (5) Torniellus, (6) Salianus, (7) & Ubbo Emmius (8) in altiori ævo ſuſtollunt Epocham, ſeu principium Gręcæ Hiſtoriæ; volunt enim incipere narrationem ſuarum rerum ab Ægialeo Primo Rege Sycioniæ, ſeu Peloponneſi, hodie dicti *Morea*: qui cœpit regnare juxta Torniellium, (9) & Salianum (10) anno Mundi 1966. Diluvii 310. Nembrot Beli primi regis Babilonici 35. & vivente Abrahamo. Verum meà ſententià Græca Hiſtoria ſuam narrationem exordiri debet ab ortu Javan quartogeniti Japheth, nepotis Noe: quia iſte Javan fuit progenitor totius nationis Græcæ, ut teſtatur Joſephus: (11) *à Javan Jonia, totum Græcorum genus*: idemque affirmat Freculfus; (12) qui addit, hunc Javan eſſe celebrem Janum Græcorum: *à Jano vero Jonii omnes, Helladicique deſcendunt, qui & Græci; unde & mare Jonium appellatur.* Eſt autem natus iſte Javan, aut Janus Parens omnium Græcorum anno 4. diluvii, ſi fides danda eſt Saliano. (13) Hæc ergo eſt vera Epocha, ſeu Principium totius Græcæ Hiſtoriæ, quæ poſtea in ſequentibus ſeculis Nini, & Abrahami incipit aliam Primam notitiam Hiſtoricam propalare; ſcilicet ſuorum Regum, Ægialei in Sycionia, & Inachi in Argos.

IV. *LATINAM*, ſive dicas *Romanam, aut Italicam* Hiſtoriam inter Nobiles etiam, & Antiquiores Hiſtorias connumerandam cenſemus; quia aliqui eam exordiuntur ab Urbe condita; quæ juxta Gordonium (14) accidit anno Mundi 3252. Olympiadis 7. anno 1. ante

(1) *in c.2. Exod. diſp. 13. n. 14.* (2) *lib. de temp.* (3) *li. 9. de præp. Evang. c. 4. & l. 10. c. 3. & in Chron.* (4) *in Chron.* (5) *in Chron.* (6) *t. 1. Ann. ann. M. 1966.* (7) *t. 1. Annal. ann. Ord.* (8) *in Chron.* (9 & 10) *loc. cit.* (11) *l. 1. antiq. c. 7.* (12) *l. 1. c. 27.* (13) *t. 1. an. M. 1657.* (14) *in Chron.*

Digitized by Google

ante Chriſtum natum 751. Titus Livius eam incohat à navigatione Æneæ in Italiam. Euſebius [1] à Jano Primo Rege in Italia, qui juxta Emmium, [2] regnavit ſub Hebręis Judicibus,& poſt diluvium annis 979. *Ante Æneam*, inquit Euſebius, *Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnarunt an.* 150. Beroſus [3] Annianus, & alii poſt ipſum inchoant Hiſtoriam Italicam à navigatione, & regno Noë in Italia, quod accidit, ut ipſe inquit, anno 108. poſt diluvium: *Solitudo Italiæ annis* 108. *Janus Primus adveniens ann.* 33. Verùm iſta navigatio Noë in Italiam, ut commentitia, & fabuloſa reprobatur à Pererio, Torniello, Genebrardo, Saliano, & aliis, ut enarrabimus in Annalibus. Marianus Valguarnera [4] de Origine Panormi exiſtimat, Cethim, qui ſecundum Moiſen [5] fuit tertio genitus Javan, nepos Japheth, abnepos Noë, fuiſſe Parentem omnium Italorum, quod probat auctoritate Euſebii, [6] ſeu Africani apud illum: *Cithii*, (*aliis Cithim*) *à quo Latini, qui & Romani*: & idem confirmat illo textu Ezechielis: [7] *De inſulis Cethim*; quæ verba legit Paraphraſtes Chaldaicus: *De inſulis Italiæ*: & addit, quod quamvis iſte Cethim à Joſepho [8] dicatur, Progenitor Cyprienſium: *Cethimus inſulam occupavit tunc Cethimam, nunc Cyprum*: attamen, inquit ille, eſt credendum, hunc Heroem prius navigaſſe in Cyprum, poſtea in Italiam; & fuiſſe utrius Gentis Parentem. Quæ ſi vera, aut verisimilia ſunt, ex ipſis conjicimus; Epocham, aut Principium Hiſtoriæ Latinæ, ſive Italicæ eſſe accipiendum ab ortu iſtius Cethim; qui juxta quandam regulam à Saliano [9] traditam, accidit annis 40. aut 50. poſt diluvium; & conſequenter Hiſtoria Gręca multis annis præcedit, ſeu incipit ſuam narrationem ante Latinam, & Romanam.

V. *ÆGYPTIAM* Hiſtoriam omnium vetuſtiſſimam ſemper contendere Sacerdotes Ægyptii, utpote quæ, inquit Emmius, [10] *geſta adnotare incipit multis annorum millibus antequam & tempus, & mundus, & hominum genus eſſent condita.* Diodorus etiam, Mela, & Laertius apud Pererium [11] referunt; *Ægyptios in ſuis Hiſtoriis gloriari ſolitos, Reges Ægyptiorum partim ex Diis, partim ex hominibus uſq; ad no-*

[1] *in Chron.* [2] *in Chron.* [3] *lib.* 5. *antiq.* [4] *fol.* 122. *&* 156. [5] *Gen. c.* 10. [6] *in Chron.* [7] *c.* 27. [8] *loc. cit.* [9] *tom.* 1. *an.* 1657. *n.* 50. [10] *in Chron.* [11] *tom.* 1. *in Gen. c.* 1.

Digitized by Google

noviſſimum Regem Ptolomaum patrem Cleopatræ ſupra 70. annorum millia in Ægypto regnaſſe;poſt quam autem Ægyptus ſyderum rationem comprehendit, amplius quam 100.*annorum millia numerari.* Alexander Magnus in epiſtola adOlympiadem matrem;de qua meminere Cyprianus, [1]& Auguſtinus;[2]narrat,ſibi quemdam Sacerdotem Ægyptium dixiſſe; in ſacris litteris, & annalibus Ægyptiorum Tempora omnium Regnorum ſubtiliter adnotari ; in his autem traditum; Regnum Aſsyriorum quinque annorum millia exceſſiſſe; Perſarum,& Macedonum imperium pluſquam octo annorum millibus definiri. Plinius [3] etiam ait, Ægyptios ſcripſiſſe, artem pingendi ſex millibus annorum floruiſſe in Ægypto ; priusquam ea tranſiret in Græciam. Ad hæc M.Varro tradit apud Auguſtinum, [4] Ægyptios paulò amplius duobus annorum millibus ante ſuam ætatem Primo litteras, Iſide magiſtra, didiciſſe. Præterea Manetho, teſte Ubbone [5] Emmio, Dynaſtias Ægyptiorum numerans; eſt autem Dynaſtia auctore Gregorio Turonenſe [6] *vox Ægyptia, & ſignificat magiſtratum, ſeu principatum*; Prima inquam Manethiana Dynaſtia,*& Mundi,& temporis exordia tam longe antevertit;ut primus ejus Annus ſit ante Mundum conditum multis annis; & Mundus, & Adam ipſi coduntur octava Dynaſtia decurrente.*Verùm omiſſis his Ægyptiis ſomniis,ſeu potius deliramentis; ad Hyſtorica procedamus. Euſebius[7]inchoat Ægyptiam Hiſtoriam ab anno 1. Dynaſtiæ decimę ſextæ;data opera quindecim Dynaſtias omittens:verum enim vero hęc artificioſa omiſſio tot Dynaſtiarum inter omnes Eruditos acrē accendit Martem. Mercator [8] enim ſenſit, quindecim omiſſas ab Euſebio Dynaſtias Adamum ipſum pertingere poſſe; ita ut Prima Dynaſtia Euſebiana Adamo vivente ſit inchoanda. Annius [9] voluit has omnes quindecim Dynaſtias fuiſſe breviſſimas: & ut Tornellius [10] dixit, quemlibet annorum pœne ſeptem, Primamque inchoaſſe anno Mundi 1787. Ætatis Noë 731. & poſt diluvium 130. Gordonius , [11] & Salianus [12] æquato fœdere conſcripſere eas eſſe Dynaſtias commentitias; & ubi in Euſebio legimus decimæ ſexta Dynaſtia , legendum , Prima : *Illas autem Dynaſtias* ait Sa-

[1] *lib.de idolo.* [2] *lib.*12.*de civ.c.*10. [3] *lib.*35.*hiſt.natur.c.*13. [4] *lib.*18. *civ. c.*40. [5] *in Chron.* [6] *lib.*1.*hiſt.c.*17. [7] *in Chron.* [8] *in Crhon.* [9] *in lib.*1. *Beroſi.* [10] *tom.*1.*Annal.* [11] *in qq.Chronolog.periodo* 2.*c.*4. [12] *tom.*1. *Annal.an.M.*1931. *n.* 62.

Salianus, *quas ante Abramum Euſebius memorat, ab Africano, ſive à Manethone Ægyptio Sacerdote mutuatas, quas retrò ad Adamum ipſum pertingere poſſint; ut putat Mercator; meritò ut commentitias reſpuimus*. Et optimam hujus rei tradit rationem: *nam cuivis qui tantillum ſapiat, conſtat Ægyptios antiquiores non fuiſſe Principe, ac fundatore ſuo Meſraim, filio Cham, & nepote Noë: neque eum ante diviſionem terrarum in Ægyptum profectum, aut ante confuſionem linguarum, quę in annum à diluvio 275. cadit, à conditu autem rerum (ipſi) 1931*. Ex quibus verbis nos inferimus, veram Epocham, ſeu primum initium totius Hiſtorię Ægyptię eſſe affigendam in ortu prędicti Meſraim, Progenitoris hujus Gentis, teſte Joſepho. [1] *Meſraeis etiam ſua manſit appellatio; Ægyptum Meſren; & Meſraos Ægyptios vocamus*: iſte Meſrain ſecundo genitus Cham, & nepos Noë juxta Salianum [2] natus eſt anno Mundi 1658. diluvii 2. & conſequente Hiſtoria Ægyptia in Epocha præcedit Græcam duobus annis Romanam circiter 30. aut 40. annis.

VI. *SCYTHICA* Hiſtoria nõ minus quam Ægyptia de magna antiquitate gloriatur: quia enarrat Juſtinus. [3] *inter Scythas, & Ægyptios diu contentio de Gentis Antiquitate habita eſt*. Meminere etiam de hac celebri contentione Antiquitatis inter Scythas, & Ægyptios Vicentius [4] Belvacenſis & Gordonius; [5] atq; Polidorus [6] Virgilius talis contentionis elegãtiſſimam narrat hiſtoriam. Eſt autem Scythia, inquit Carolus, [7] Stephanus, *regio ſeptemtrionalis latiſſima in duas diviſa partes Europeam, & Aſiaticam: quarum Europæa à Tindaris ripis, per Meotidis, & Ponti Euxini littora, uſq; ad Iſtri oſtia expanditur; Aſiatica à limitibus oppoſitorum littorum in Orientem procurrit; Oceano à Septemtrione; à Meridie Tauro terminata*: & alibi addit; *Scytharum Nationes plures enumerantur à Plinio; quarum nomina vide apud Ortelium,* [8] *Georgium* [9] *Trebellium Pollionem, & Stephanum* [10] hæc ille, qui ait Schytas appellari antiquo nomine Arameos, à Perſis Sagas, ſeu Sacas, à Magog Magogas, Abaſgos, Alanos, Dacos, Rhoos, Sauromatas, & omnes Borealium cardinum Gentes communi vocabulo Scythas dici; Scytharumq; Gentes in Tres dividi; unũ Meo-

[1] *lib. 1. antiq. c. 7.* [2] *tom. 1. Annal. an. M. 1658.* [3] *lib. 2. hiſt.*
[4] *in ſpec. hiſt. l. 1. c. 96.* [5] *in qq. Chron.* [6] *l. 1. c. 3. de inven. rerum.*
(7) *in lexico hiſt. verbis Schytia, & Schytia.* (8) *in theſauro Geogr.*
(9) *in vita Claudii Imper.* (10) *in lexico de Vrbib.*

Meotas, Caucaſios,& Oxianos. Et quamvis Gens Scythica ſit ampliſſima, & in plures Sciſſa ramos; omnium tamen Prima,& Antiquiſſima eſt Caucaſia, ſeu ea, quæ à Tauro monte deſcendit, ut mox oſtendemus. Igitur Hiſtoria Scythica in Choro Hiſtoriarum quem locum obtineat, non facilè inveſtigatur: quia Vincentius (1) in Speculo ſcripſit: *Phaleg cum eſſet annorum 30. gennit Rau, ſeu Ragau; anno ſcilicet Ætatis Secundæ (hoc eſt Diluvii) 131. Mundi 1787. Sub Ragau Regnum Scytharum exortum eſt: quod licet antiquiſſimum ſit, inter quatuor tamen principalia Regna (ſeu Monarchias) non computatur, quia Barbarum fuit.* Hæc Vincentius, quæ minimè ad rem noſtram faciunt; non enim Regnorum nobilitatem, & Epocham; ſed Hiſtoriarum prima adnotata geſta,& exordia inquirimus. Undè oportet recurſum habere ad Joſephum (2) Hebræum, qui altiùs affigendam Epocham, ſeu principium Scythicæ Hiſtoriæ innuit; dum ait Magog fuiſſe Scytharum Protoparentem: *Magoges Magogorum à ſe denominatorum fuit Auctor, qui ab ipſis vocantur Scythæ.* Et quamvis Eruditi non conveniant inter ſe, qui fuerint iſti populi Magogi deſcendentes à lumbis Magog, quia Arias (3) Montanus vult à Magog progenitos Maſſagetas, & Getas: Beroaldus, [4] & Merula (5) Cæle-Syriæ populos, quibus favet Plinius; (6) Chronicon (7) Alexandrinum Aquitanos; Euſebius, (8) Celtas, ſeu Galatas; Alii apud Euſebium Gothos, Sarmatas, ſimul & Scythas. Verùm rectè ſubdit Salianus: *innumeræ Gentes nomine Scytharum continentur, ut ex Plinio, Ptolemæo, Herodoto, Strabone, & aliis apud Ortelium leges: eorum Duo ſunt præcipua Genera, Europæi,& Aſiatici.* Ad hæc addit, Magog fuiſſe Progenitorem Scytharum Europæorum, *de quibus multa Herodotus,* [9] *qui eos ad Boſphorum Cimmerium collocat.* Iſte Magog, ut refert Moyſes, [10] fuit ſecundo genitus Japheti, nepos Noe; & ex Saliano, (11) natus anno Mundi 1758. Diluvii 2. quo etiam anno ipſi natus eſt Meſraim ſecundogenitus Cham, & Protoplaſtus Ægyptiorum; Hiſtoria ergo Scythica,& Ægyptia ſunt connexæ; nam ab eodem anno 2. Diluvii incipiunt adnotare ortum ſuorum Parentum, & rectè dixerat Juſti-

---

(1) *loc. cit.* (2) *lib. 1. antiq. c. 7.* [3] *in c. 10. Gen.* (4. & 5.) *apud Salianum tom. 1. Annal. an. M. 1931. n. 23.* [6] *lib. 5. cap. 23.* [7. & 8] *apud Salian. loc. c.* [9] *lib. 4.* [10] *Gen. cap. 10.* [11] *loco citat.*

ctinus, (1) *inter Scythas, & Ægyptios diu contentio de Gentis Antiquitate.* Verum enim verò ſi Sacræ litteræ attentius legantur; Hiſtoriam Scythicam duobus annis Ægyptiam præcedere agnoſcemus; quia Scythica Hiſtoria ſua geſta debet adnotando incipere a requie Arcæ ſupra montes *Armeniæ*, juxta vulgatam editionem, ſive ſupra montes *Ararat* juxta Grecam Septuaginta Interpretum, & Hebraicam; qui mons à Joſepho, & Nicolao Damaſceno apud Salianum (2) appellatur *Barin*, à Beroſo Chaldæo, & Paraphaſte Chaldaico *Gordiæus*, à S.Epiphanio *Lubar*, à Strabone, Ortelio, & Stephano *Taurus*; & ab Aliis *Mons Scythicus*. Unde Joannes Magnns (3) depromens Epocham, ſeu principium Hiſtoriæ Scythicæ; aſſerit exordiri ſuam narrationem ab anno primo Diluvii, atque ab egreſſu Noë, & filiorum ejus ab Arca ſuper verticem Tauri. Montis Scythici. *Locus Primus quo cœpit Humanum genus poſt Diluvium fuit Scythia Araxæa, ut Beroſus Chaldaicus, & Hieronymus Ægyptius, & Muſæus Damaſcenus, atque Moſes conveniunt.*

VII. Hiſtoria CHALDAICA, ſeu Monarchia, triplici apud Auctores vagans nomine, *Aſſyria, Chaldaica, & Babylonica*. Etiam ipſa inter antiquas, & nobiliores Hiſtorias eſſe connumerandam his verbis teſtatur Joſephus: (4) *Ipſam certe Chaldæorum conſcriptionem fide digniſſimam exiſtimandum eſt; quando cum archivis Phœnicum concordare videtur*. Quantum autem Chaldæi Hiſtorici ſibi de Antiquitate vanè præſumpſerint, ſcriptis mandavit Diodorus, dicens; Chaldæos putaſſe pincipium Aſtronomiæ, & litterarum apud eos fuiſſe 43.millibus annis ante Monarchiam Alexandri; *qui Anni*, ſubdit Annius, (5) *ſi accipiantur lunares, & menſtrui, rem deducent ad Adamum viventem.* Initia etiam Hiſtoriæ Chaldaicæ multis annis ante Diluvium per multos ſuſtollere conatos fuiſſe, auctor eſt Salianus (6) his verbis: *in Græcis fragmentis Omnimodæ Hiſtoriæ Euſebii, quæ edidit Scaliger; referuntur ab Abideno, & Apollodoro, qui Beroſum laudat Auctorem, decem Chaldæorum Reges ante Diluvium, quos Gigantes fuiſſe, ait Chronicon Alexandrinum: conveniunt Abidenus, & Apollodorus in numero Regum, & annorum, quibus regnarunt; ſed in nomine planè non conſentiunt*: qui ubi horum decem fabuloſorum Chaldæorum Regum nomina recitaſſet, & annos; quibus quiſq;

B re-

(1) *loc.cit.* (2) *tom.1.Annal.an.M.1656.n.49.* (3) *lib.1. hiſt. cap.1.* (4) *l.1.cont.App.* (5) *in proe.Beroſi.* (6) *t.1.Ann.in Schol.ad an.M.1184.*

regnavit, concludit: *Omnes ſimul ante Diluvium regnaſſe annis* 1183. *menſibus ſex, & diebus vigintiquinque*. Alodorumque Primum eorum Regem, & Gigantem regnare incœpiſſe anno ab Orbe condito 472. & ante Noëticas Aquas, ut diximus annis 1184. Verum omiſſis his fabuloſis Hiſtoriæ Chaldaicæ initiis; quia ut recte diſcurrit idem Salianus; [1] *Ante linguas diviſas, (& multo magis addo ego, ante Diluvium) neque Chaldæi, neq; Ægyptij erant*: Huic Hiſtoriæ ſub nomine Chaldaicæ nõ debetur altior Epocha, ſeu principium, quam ortus Arphaxad tertiogeniti Sem, & nepotis Noë; quoniam ex eo progeniti ſunt Chaldæi; ut narrat Joſephus; [2] *Arphaxades eos, qui nunc Chaldæi ſunt, Arphaxadæos nominavit, imperio gentis potitus*: natus eſt autem iſte Heros, ut refert ipſemet Moiſes, [3] anno 2. diluvii. Et in eodem anno eſt affigenda Epocha hujus Hiſtoriæ ſub alio nomine Aſsyriæ, quia ut narrat laudatus Joſeph; [4] *Aſſuras urbem Ninum condidit, & ſubditos deſe Aſsyrios nominavit*: hic Aſſur teſte Moiſe, [5] fuit ſecundogenitus Sem, nepos Noë, & natus, ait Salianus [6] in eodem anno 2. diluvii, in quo fuit ortus ſupradicti Arphaxad. Unde hęc celebris Hiſtoria multi nominis, unico anno eſt poſterior in ſua Epocha Scythicæ; eſt coæva Ægytiæ, & antiquior Græca, & Latina.

VIII. *CIMMERIAM, ſeu Cimbricam*, hodie Valguarnera teſte [7] *Germanam, aut Flandrenſem* Gentem, Linguam, & conſequenter Hiſtoriam omnium Gentium, Linguarum, & Hiſtoriarum nobiliſſimam, & antiquiorem contendit Joannes Goropius [8] tum in ſua Hiſpanica, cum in Hieroglyphica, cum etiam in ſua Hermatena: qui tali pacto ratiocinatur. Arca Noë nequaquam in mõtibus Armenię requievit, quia Armenia non eſt Orientalis campo Sennaar: Scriptura vero enarrat, conditores Babylonicæ Turris ex Oriente in campum Sennaar deſcendiſſe; ſed requievit in vaſtiſſimo monte Tauro, qui Plinio teſte Aſiam pœnè totam dividit; & in altiſſimo, ac peculiari ejus jugo, cui eſt nomen Paropamiſus, ſeu Caucaſus: è quo Caucaſeo jugo Noë una cum filiis in eam ſubjectam planitiem, cui nomen Margiana, deſcendens, ibi Primam poſt Diluvium Urbem condidit Niſan. Creſcente autem in immenſum humano genere, Sem, & Cham cum ſuis poſteribus, aliiſque Japhe-

[1] *loc.cit.* [2] *loc.cit.* [3] *Gen.c.*10. [4] *l c.cit.* [5 & 6] *loc.cit.de orig.*
[7] *Panormi f.* 287. [8] *loc. cit.*

pheti nepotibus terram replere cœperunt; Noë cum Japheto,aliiſque ſuis at nepotibus in planicie Caucaſea Marglanæ, & apud urbem Niſan remanentibus. Dum hæc fierent, Turris Babel in campo Sennaar conditur à Sethianis, Chamaſenis, & Japhetanis, ac linguæ ſub eadem Turri confunduntur. Igitur in ſolis Noë, Japheto, ac omnibus Niſæ urbis habitatoribus Prima lingua, in qua Adam, Eva, & totus Mundus ante Diluvium loquuti fuerant; pura, & integra remanſit. Confuſis autem linguis, gentibuſq; diſperſis; Japhet (ipſi Goropio Janus) cum filiorum, & nepotum parte è Caucaſea Niſan, unà cum parente Noë diſcedentes; ex Aſia egredientes in Occidentem profecti ſunt; ea cauſa, ut edocerent Divinum cultum,ac litterarum uſum poſteros Sem, & Cham; quem ob confuſas linguas amiſerant. Japhetani ergo, concludit ille, Europam replevere: Japheto, ſeu Jano; & Gomer ſorte data Italia; Gomer etiam data Gallia, Aſcanez, Germania; Javan, Aſia minor, & Græcia; Cethim etiam Italia; Eliſæ prius Tharſis, poſtea Hiſpania: omneſq; hi Japhetani Principes, ac omnes Gentes ab ipſis deſcendentes una, eademque Cimmeria, ſeu Cimbrica (hodie Germanica, vel Flandrenſi) lingua, ac idiomate colloquentes; qua lingua loquuti fuerant Adam,Eva; & Japheto,ſeu Jano apud urbem Niſan conſervata; quia Japhet nequaquam ſtructuræ Babylonicæ Turris adfuit, aut conſpiravit. Hæc Goropius: verum Joſephus (1) Scaliger non ſolum has Goropii fabulas irridet, ſed pejores ſomniis Annii exiſtimat, dicens *non poſſum non ridere, quod Agyrta quidam, homo inſignis audaciæ, & impudentiæ ſcripſit contra Turnebum ſuper hac voce Ambactus: ſed ut omnes ejus libri nihil aliud, quàm impudentiſſimam ſui fiduciam præferunt; ita hanc ejus de hac re opinionem, ut impudentiſſimam, & ineptiſſimam rejicio. Nunquam legi majores nugas, nunquam inſigniorem temeritatem vidi, neque audivi: ut qui omnes linguas à ſua Barbara deducere velit; adeo ut ipſam Hebraicam linguam poſteriorem Cimbrica aſſerat. Ubi etiam circulator Moſen reprehendit, quod nomina propria veterum illorum Patrum à gentilitia ſua Hebræa, non à Cimbrica deducat. Ergo miſeros illos veteres Hebræos, qui non Batavè ſciverint loqui, & feliciores longè futuros, ſi Antuerpienſes, quam ſi Syri, aut Palæſtini fuiſſent. Talia infinita habent ineptiſſimæ illæ origines, & tamen non* de-

(1) *in Feſtum verbo Ambactus.*

deſunt, qui admirentur. Hæc Scaliger. Verum omiſſâ criticâ mordacitate, prudentius fiet, ſi dixerimus, Cimmerios ortum duxiſſe à Gomer: *quos nunc Græci Galatas vocitant*, inquit Joſephus, [1] *Gomorenſes olim dictos, Gomar condidit*. Iſti autem Galatæ, ſeu Gomorenſes, quæ Gens fuerit, non liquidò conſtat; nam Euſebius [2] hos interpretatur Cappadoces, Arias [3] Montanus Cimmerios, cui adhæret Mela, (4) dicens: *Comeri ab aliis Cimmerii, ſive Cimbri*. Salianus [5) verò exiſtimat, Gomer fuiſſe Progenitorem utriuſque Gentis, Galatarum, & Cimmeriorum; & reddens rationem ait: *quia Gomer primò Galatiam occupavit, deinde abundante multitudine Pontum Euxinum, cujus ſunt accolæ, trajecit, & in Cimmeriis ſedem fixit*. Quæ ſi vera ſunt, jam adinvenimus Epocham, ſeu initium hujus Hiſtoriæ Cimmeriæ, ſeu Cimbricæ; ipſa enim debet incipere ab ortu Gomer, qui teſte Moiſe (6) fuit Primogenitus Japheti, nepos Noë, & natus eſt juxta Salianum, (7) & Torniellum (8) anno 1. diluvii Mundi 1657. Igitur Cimbrica Hiſtoria eſt connexa Scythicæ; at Ægyptiâ, & Chaldæâ, nobilior, & antiquior. Cimbri, autem, ait Carolus (9) Stephanus, *ſunt Dani, & Holſatii: horùm regio à ſeptemtrione ad mare aquilonem ſpectans includebat Danos, & Zelandos comuni nomine Cimbros vocatos*. Si verò nomine Cimmereriorum, ſeu Cimbrorum veniunt Germani, ſeu Flandrenſes; ut ſenſere Scaliger, (10) & Valguarnera: (11) Cluverius (12) exiſtimat Germanicam Hiſtoriam inchoandam ab ortu Aſchenez contra Bodinum; & Alios. Aliqui enim apud ipſum ſenſere, Germanos, Gallos, & Britannos à Cimbrorum natione Primam traxiſſe originem; conſequenter fuiſſe poſteros, ac deſcendentes Gomer Primogeniti Japheti. Bodinus vero voluit, antiquam Celtiam fuiſſe Galliam; & Gallos à Græcis, à Gallis verò Germanos ortos fuiſſe: contra quem citatus Cluverius validè inſurgit. Joſephus (13) autem Aſchenez deſignat Parentem Rheginorum, dicens. *Aſchanaxes, qui originem Aſchanaxis dedit, qui nunc Rhegines à Græcis nominantur*. Verùm ait Salianus; (14) *ignoti ſunt iſti Rhegini, Straboni, Plinio, Melæ, Solino, Ptolomæo*: unde va-

(1) *loc.cit.* (2) *lib.1. Chron.* (3) *in Phaleg* (4) *apud Salianum loc. cit.* (5) *tom.1.Annal. an.M.1951. n.12.* (6) *Gen. c.10.* (7.& 8) *locis cit.* (9) *in lexic.Hiſt.fol. 166.*(10.& 11)*loc.cit.*(12) *l.1.hiſt.Germ. c.2.3.4.* (13) *lib.1.antiq.c.7.* (14) *tom.1.Annal. an.M.1931, n.31.*

variæ de Rheginis effluxere Auctorum Sententiæ. Nam Toſtatus, (1) ut Gentes ignotas conſultò omiſit. Antonius Politi (2) voluit fuiſſe Rheginos Brutios, ſeu Calabrenſes, & Aſchenez condidiſſe Rhegium, celebrem urbem Calabriæ. Euſebius (3) Merula, (4) & Judæi (5) noſtræ ætatis dixere, eſſe Gentes Goticas: Beroaldus (6) verò Populos Medis, & Armenis vicinos. Verum communior ſententia eſt; Rheginos, ſeu Aſchanaxes eſſe Germanos: unde Merula (7) ait; *ætatis noſtræ Alemannos vocant Aſchenazim*: cui ſe ſubſcribit Arias Montanus, (8) dicens; *ab hoc Aſcanios dictos, nunc Germanos*: & Salianus, (9) ſubdit, *hos Borealem eſſe gentem Europæam ad Germanos, Gothoſque pertinentem*. His ergo innixus Auctoribus Cluverius (10) dixit: *unum Aſchanezem Noachi pronepotem cum filiis ſuis, atque nepotibus omnem poſt terrarum inundationem obſediſſe Celticam, ideſt Illyricum, Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, & Brittannicas inſulas*. Et ubi toto Capite 4. Libri Primi ſuum Aſchanezem deſignavit progenitorem tot Gentium, Capite ſequenti diffuſius inculcat, *Illyrios, Germanos, Gallos, Hiſpanos, atque Britannos unam, eamdemque inter ſe habuiſſe linguam, variis tantum dialectis diſtinctam*. Hactenus Cluverius: Ex quibus ad rem noſtram habemus Epocham, ſeu initium Hiſtoriæ Germanicæ: ea enim debet ſuam narrationem exordiri ab ortu Aſchanez: qui fuit, teſte Moiſe, (11) Primogenitus Gomer, quique fuit Primogenitus Japheti; & probabiliter juxta quamdam regulam à Saliano (12) traditam, natus eſt anno diluvii 4. vel 5. & conſequenter Germanica Hiſtoria junior erit Scythica, Ægyptia, Chaldaica, Græca, & Latina.

IX. *HISPANICA* Hiſtoria à quo anno Mundi ſuorum Heroum geſta aduotare, incipere debeat, apud Eruditos controvertitur: Cluverius [13] enim vult Hiſpanorum Progenitorem fuiſſe Aſchanez, primogenitum Gomer, nepotem Japheti, pronepotem Noë, ut ſupra diximus. Beroſus [14] Annianus ſenſit, Hiſpanicam Hiſtoriam inchoandam ab appulſu Noë in ipſam Hiſpaniam; quod

ſom-

(1) *apud Salian. loc. cit.* (2) *in Chron. urbis Rhegii f.* 12. (3) *in Chron.* (4) *in Coſmograph.* (5 & 6) *apud Salian. loc. cit.* (7) *in Coſmograph.* (8) *loc. cit.* (9) *to.* 1. *Annal. an. M.* 1931. *n.* 31. (10) *l.* 1. *hiſt. Germ. c.* 4. *ſ.* (11) *Gen. c.* 10. (12) *tom.* 1. *Annal. an. M.* 1698. (13) *l.* 1. *hiſt. Germ. c.* 1. (14) *hiſt. Chald.*

ſomnium irridens Mariana [1] dixit: *quod ex novi Beroſi officina prodiit; Noemum in Hiſpaniam ex longo nimirum errore tandem appulſum; Noelam in Calæcia, in Aſturibus Noegam primum fundaſſe, ſpecioſo mendacio, quoniam de his oppidis Plinius, Strabo, Ptolomæus meminerunt, repudiamus*. Verùm Pererius, Torniellius, Salianus, & alii communiter Hiſpanorum parentem deſignant Thubal, juxtà illam Joſephi [2] auctoritatem: *Thobeliis Thobelis ſedem dedit, qui nunc ſunt Iberi.* Unde Mariana [3] ſuam Hiſpanicam Hiſtoriam incipit à Thubal, dicens: *Japheti filius Thubal, mortalium primus in Hiſpaniam venit*: hic Thubal Moiſi [4] fuit quintogenitus Japheti; qui Saliano [5] natus eſt anno Mundi 1661. diluvii 5. *Hoc anno quinto à diluvio*; ait ille; *novis rurſum filiis aucti videntur filii Noë, Sem quidem Aramo, Japhet Thubale, juxta ordinem, quem ei Scriptura aſsignat*. Ex quibus clarè inferimus, Hiſpanicam Hiſtoriam ultra quintum annum diluvii ſuorum heroum geſtis carere; & conſequenter poſteriorem eſſe Scythica, Ægytia, & Chaldaica; at antiquior, & nobilior Hiſtoriis Græca, & Latina.

X. *GALLICÆ* Hiſtoriæ Paulus [6] Æmilius initia nimis recentia deſignat, dicens: *Franci ſe Trojâ oriundos eſſe contendunt*. Cluverius [7] exiſtimat, Gallos progenitos à Germanis, natoſque à Gomer, ac Hiſtoriam Gallicam eſſe rivulum Germanicæ Hiſtoriæ; idemque ſenſit Goropius [8] quia ſuprà dixerat, ab iiſdem lumbis Gomer deſcendiſſe Cimbros, ſeu Germanos, & Gallos. Blondus [9] tamen apud Cluverium ſcribit, Celtiam eſſe Galliam, Græcoſque genuiſſe Gallos, & ab his natos Germanos: Unde Hiſtoria Gallica eſt ramus Germanicæ, & Epocham poſteriorem illâ habere debet.

XI. Illud tamen non omiſerim, quod Gordonius [10] ſcriptis tradidit de antiquitate, & nobilitate Regni, & Hiſtoriæ SINARUM, dicens; *Ægyptios imitantur Sinarum Chronologi, (circa Regni, & Hiſtoriæ antiquitatem,) qui à multis annorum millibus ſuos numerant Faſtos: hujus quidem Antiqui, & ſanè nunc ampliſsimi regni, imperijque Reges dedit Scaliger;* [11] *nempe à Vitey Primo Rege, quem putat non*

(1) *lib.1. hiſt.Hiſpan. c.7.* (2) *lib.1.antiq. c.7.* (3) *loc. cit. c.1.*
(4) *Gen. c.10.* (5) *tom.1.Annal.an.M.1661.* (6) *lib.1. hiſt.Gall.*
(7) *loc.cit. c.4.* (8) *loc. cit.* (9) *loc. cit.* (10) *in qq.Chronol.period.2. cap.4. fol.179.* (11) *in Canone Iſagogico*.

non multum abeſſe à fine 13. Dynaſtiæ Ægyptiorum, uſque ad Bonog Regem anno Chriſti 1580. quo toto intervallo, colligit ille, annos 4397. Tot autem nobis anni ſunt ab anno Orbis 1184. (qui annus præceſſit Diluvium annis 472.) uſque ad citatum illum Chriſti annum. Ex quovis autem probabili annorum Orbis calculo habetur Principium ejus, (& conſequenter Hiſtoriæ) fuiſſe aliquot ſaltem annis prius Diluvio. Figmentum re vera abſurdum, ac eſt Mercatoris ſomnium de Ægyptiorum Dynaſtiis. De eadem fabuloſa antiquitate Regni, & Hiſtoriæ Sinarum plura leges apud Joannem [1] Gonzalez de Mendoza, qui regnum Sinarum inviſit, & ſcripſit; ac eorum Regum luculentum Catalagum edidit; ex cujus Catalago clarè etiam infertur; Vitey Primum Sinarum Regem fabuloſum, annis ante Diluvium 472. regnaſſe. Verùm qualis ſit vera Epocha, ſeu initium Sinenſis Hiſtoriæ; nobis ad hanc uſque diem latet; ideoque ipſam in ſua obſcuritate ignotam omittimus.

XII. Igitur impigro labore exploratâ, & tandem adinventâ primâ ſcaturigine antiquitatis, & nobilitatis Hiſtoriarum Illuſtrium Regnorum; & à quibus ſublimibus temporibus unaquęque ipſarum ſuam narrationem exordiri debeat. Nunc verò ad explorandam Epocham noſtræ Siculæ Hiſtoriæ progrediamur: & videamus: an SICULA Hiſtoria inter novas Gentium Hiſtorias ſit junior, ac noviſſima; ſeu inter antiquas ſit antiquiſſima, & forſan prima, & dignior. Et circa Epocham, ſeu initium; unde ſuam narrationem noſtra Sicilienſis Hiſtoria incipere debeat; legimus varia antiquorum, & recentiorum Hiſtoricorum placita. Antiochus enim Syracuſanus per antiquus Scriptor ſuam Siculam Hiſtoriam à Rege Cocalo exorditus eſt, qui juxtà noſtros Annales circa annum Mundi 2885. ante U.C. 367. & ante Chriſtum 1118. regnavit: ita ſcribit Diodorus: [2] *Hoc anno (ſcilicet Olympiadis 89. U.C. 332. & ante Chriſtum 420.) nobilis Sicularum rerum ſcriptor Antiochus Syracuſanus, Hiſtoriæ ſuæ finem imponit, quam libris novem à Cocalo inde Rege deducit*. Et addit Fazellus, [3] Antiochum *per* 700. *annos novem voluminibus complexum eſſe*. Thucidides [4] innuit Siculam Hiſtoriam inchoandam à Cyclopibus, & Leſtrigonibus, dicens: *habitata antiquitus Sicilia in hunc modum fuit, ac Gentes has in univer-*

ſum

[1] *lib.3. hiſt.Sin. c.1.* [2] *lib.12. hiſt.* [3] *dec.1. lib.4. cap. 1.*
[4] *lib.6. hiſt.*

ſum habuit: Antiquiſſimi feruntur; partem quamdam regionis tenuiſſe Cyclopes, & Leſtrigones: quorum ego neque genus, neque unde venerint, neque quò habitaverint, compertum habeo. Et clarius Juſtinus (1) *Siciliæ Primo Trinacriæ nomen fuit, præterea Sicania denominata fuit; à principio patria Cyclopum fuit*. Et defacto inter recentiores Hiſtoricos Fazellus, [2] & Cluverius, [3] & Carnovalius [4] ſuas Hiſtorias noſtri Regni Siciliæ exordiuntur ab iſtis Cyclopibus. Fuerunt autem Cyclopes Gigantes, filii, nepotes, & poſteri Eliſæ; qui unà cum ipſo poſt Diluvium in ſolitariam Siciliam navigarūt; & incoluernnt, circa annnm Mundi 1908. ante Chriſtnm 2145. ut infra in Annalibus oſtendemns. Maurolicus, [5] & Bonfilius [6] prætereuntes fabulas Siculas, inter quas antiquiorem innuunt, eſſe illam Gigantis Enceladi, qui in bello Giganteo à Jove fulminatus, ſub monte Æthna ſepultus eſt: ſuas Cronicas Siculas inchoant *ab AEolo Inſularum AEoliarum imperium tenente*: qui juxtà noſtros Annales, ut ſuo loco videbimus, regnavit anno Mundi.... Verùm poſtea Maurolicus, [7] & Bonfilius [8] ſuis Hiſtoriis Siciliæ exordium faciunt à Gigante Orione, qui Meſſanam condidit, circa annum Mundi... ut in citatis Annalibus enarrabimus. Petrus [9] verò Carrera in ſuis memoriis hiſtoricis urbis Catanę, innixus fabulis Beroſi Anniani, dicit; Noëmum, ubi ex Armenia navigavit in Italiam, ſub nomine Jani, ſtatim tranſmeaſſe in Siciliam, anno Mundi 1765. Diluvii 109. ante Chriſtum 2238. ut inde expelleret Cham, ſeu Saturnum ſuum filium, quia Inſulam corrumperet pravis moribus, & dogmatibus: & addit, *hoc eſſe noviſſimum gradum Antiquitatis* Catanæ, & conſequenter per ipſam Siciliæ. Beroſus [10] autem ſequutus à Fazello, [11] Carnovalio, [12] Bonfilio [13] & Orlandino [14] indicat, Hiſtoriæ Siculæ Epocham, ſeu initium narrationis inchoandam à navigatione in Siciliam impii Cham, ſecundògeniti Noë, & per ipſos dicti Saturni, ac Zoroaſtis: de qua in noſtris Annalibus verba faciemus anno Mundi....

Alii verò poſſunt ſuſtollere iſtam Epocham rerum Sicilienſium

[1] *lib.4. hiſt.init.* [2] *dec.2.lib.1.cap.1.* [3] *lib.1.antiq.Sicil.c.4.*
[4] *lib. hiſt. Sicul.* [5] *lib.1. hiſt. Sican.* [6] *p. 1. lib. 1. hiſt.*
[7] *lib.2. hiſt.* [8] *lib.2. hiſt.* [9] *Vol. 1. lib. 1. cap.1.* [10] *lib.1. antiq. Chalda.* [11] *dec.2.lib.1.cap.1.* [12] *hiſt. lib,1.* [13] *hiſt. lib.1.& in Meſſana lib.1.* [14] *in hiſt. Drepan.*

ſium in altioribus temporibus: hoc eſt in ortu ipſo Eliſæ, primogeniti Javan, nepotis Japheti, at nepotis Noë, qui accidit anno Mundi 1691. Diluvij 36. quoniam hic Eliſa fuit parens, & progenitor Gentis Siculæ, & ſolitariam Siciliam primus invenit, & incoluit: ut in Annalibus diffusè probabimus. Verumenimverò quamvis regnum Cocali, expiditio Cyclopum, fabula Enceladi, imperium Æoli, ædificatio Orionis, navigatio Noë, & Cham, ac ortus Eliſæ, ſint omnes Epochæ diſtantiſſimę, Ea ſunt antiquiſſimæ Hiſtoriæ alta initia, atq; unumquodque ipſorum præſtabit noſtræ Siculæ Hiſtoriæ concinnum ornamentum antiquitatis, ac nobilitatis: & forte id innuit Diodorus, [1] cum dixit: *Sicilia præſtantiſſima eſt Inſularum, & Antiquitate rerum facilè Primas tenet*. Noſtra tamen ſententia eſt: unum, ac ſingulare adreperiri in Sicula Hiſtoria, quod eſt magni faciendum; & à Græcis, & Latinis ſæpius decantatum, utque apud ipſos famatiſſimum; in quo ipſa debet affigere ſuam perantiquam Epocham, & ſuæ prolixæ narrationis elevatum exordium: ſcilicet, Siciliam in ſua prima creatione, & origine non fuiſſe à Deo factam Inſulam, ſed Peninſulam, unitam Europæ, & connexam Italiæ: ac poſtea à continenti diſciſſam, & diſruptam: quæ memoranda ruptura juxta noſtros Annales accidit ipſo anno Diluvij Noëtici.

Unde cum noſtræ Siculæ Hiſtoriæ dandum ſit exordium ab hac celebri ruptura, neceſſariò oportet inferre; Epocham, ſeu principium narrationis rerum Sicularum anteire primis initiis omnium præcedentium Hiſtoriarum; atque in Choro Hiſtorico, poſt Hebraicam, primum locum antiquitatis, & nobilitatis tenere in hunc modum. Primus, & dignior locus Antiquitatis citrà æmulationem dandus eſt Hebraicæ Hiſtoriæ; ea enim exorditur ſuam narrationem à creatione Mundi, & Adami. Secundus locus Siculæ, quæ incipit à ruptura Italiæ facta ipſo anno Diluvii. Tertius Scythycæ, quę inchoat à requie Arcę, & Sicula eſt: poſterior menſibus quinque. Quartus locus debetur Ægyptiæ, & Chaldaicæ Hiſtoriis, quia ſuas narrationes exordiuntur ab ortibus, illa Meſraim, & hæc Aſſur, factis anno 2. Diluvii. Quintus Græcæ, quia hæc Epocham affigit anno 4. Diluvii, in quo natus Javan progenitor Græcorum. Sextus Hiſpanæ, quæ exorditur ab ortu Thu-

[1] *lib. 5. hiſt. initio.*

Digitized by Google

bal Parentis Hiſpanorum ; qui accidit anno 5. Diluvii. Ultima ſedes in hoc Choro occupant Hiſtoriæ Latina, ſeu Romana, Cimmeria, ſive Germanica, & Gallica : quia Latina incipit ſuarum rerum narrationem ab ortu Cethim, Germanica à nativitate Aſchanez, qui nati ſunt eodem ann.40.aut 50.Diluvii: Gallica autem eſt rivulus Cimbricæ, ſeu Germanicæ Hiſtoriæ. Et hic ordo temporum in Epochis, ſeu principiis narrationum. Sequens Tabula Chronologica lectori rem faciet clariorem, & magis conſpicuam.

CHORUS NOBILIUM HISTORIARUM
Nobiliorem Epocham Æmulantium.

Historia ſua geſta adnotare incipit ab	anno Mundi,	Diluvii.
Hebraica à cœlo, & terra conditis.	1.	
Sicula à ruptura Italiæ.	1656.	in Diluvio.
Scythica à requie Arcæ ſupra montem Ararat.	1657.	1.
Ægyptia à nativit. Meſraim ſecundogen.Cham.	1658.	2.
Chaldaica à partu Aſſur ſecundogeniti Sem.	eodem	anno
Græca ab ortu Javan, ſeu Jani quartog.Japheti.	1660.	4.
Hiſpanica à faſciolis Thubal quintog. Japheti.	1661.	5.
Latina ab incunabulis Cethim tertiogen.Javan.	1696.	40.
Germanica à naſcente Aſchanez primog.Gomer.	eod.	ann.
Gallica eſt ramus Germanicæ, ſeu Cimbricæ Hiſtoriæ.		

HISTORIA SICULA IN NOBILI CHORO SELECTIORUM Hiſtoriarum, gloriam Primi, & antiquioris Scriptoris conſequitur.

CAP. II.

I. DUo objecerat Græcæ Hiſtoriæ Joſephus (1) Hebræus. Primo: *Omnia Græcorum nova, & heri; hoc eſt fabricam civitatum, adinventiones artium, & conſcriptiones legum*: ideſt narratio rerum geſtarum Græciæ eſt recentior, & junior. Atque hic eſt Primus Hiſtoricæ nobilitatis gradus; de quo jam ad ſatietatem præcedenti Capite verba fecimus. Secundò: *Junior apud eos eſt Hiſtoriæ diligentia conſcribendæ*: quaſi dicat, ſecundum Hiſtoricæ nobilitatis inſigne eſt antiquitas Scriptorum, & veneranda vetuſtas Hiſtoricorum. Quo etiam gradu nobilitatis noſtram Siculam Hiſtoriam agnoſcimus: quod ſic oſtendimus. Adamum humani generis parentem fuiſſe Primum Hiſtoriographum Joannes (2) ſenſit Annius; *Adam ex D. revelatione de mundi, ſuique creatione texuiſſe Hiſtoriam geſtorum uſque ad Henoch, Henochum autem proſequendam reliquiſſe Lamecho prophetæ; patri Noë, Lamechum filio ſuo Noë, Noa vero poſt diluvium reliquiſſe Chaldæis, à quibus Abraham, & alii poſt eum veritatem ſcripſerunt*: hæc Annius, qui innuit, ſe iſthęc accepiſſe à D.Hieronymo in illa ad Hebręos verba: *Fide credimus fuiſſe aptata ſæcula*, Quę Anniana ſententia à Pererio [3] videtur approbata his verbis: *Ea, quæ in libro Geneſeos Moſes ſcripſit, potuit ea cognoſcere ipſe de filiis, vel nepotibus Joſeph patriarchæ; inter mortem enim Joſeph, & ortum Moſis plus 64. anni interfuere; Joſeph autem eadem noſſe potuit ex patre ſuo Jacob; hic ex Iſaac; Iſaac ex Abrahamo; hunc vero ex Seth, & Noè docere potuerunt: poſt ortum quippe ipſius Abrahæ 58. annis vixit Noè, Sem autem per 33. annos ſuperſtes fuit Abrahæ. Noè porrò hanc ipſam doctrinam accipere potuit ab avo ſuo Mathuſalem, qui ad annum Noè 600. pervenit: quoniam autem ſimul cum Adamo annis 243. vixit Mathuſalem, potuit ipſum Adamum ſæpenumerò, & videre præſentem, & loquentem audire, & ab eo pluries de rebus divinis edoceri*. Hæc Pererius. Qui quamvis dixerit, Adamum Hiſtorias ſacras enarraſſe Mathuſalem; non

[1] *lib.1.cont.Appion.* [2] *in lib.1.ſui Beroſi.* [3] *t.1.in Gen.in præf.*

non tamen dixit, Hiſtorias ſcripſiſſe, & litteris mandaſſe: quod expreſſiùs affirmavit Genebrardus: [1] *Adam libros ſcripſit, de quibus Auguſtinus*, [2] *quorum (Adam ſcilicet, & Henoch) ſcripta, ut apud nos, & apud Judæos in auctoritate non eſſent, nimia fecit antiquitas*: & paulò poſt addit: *Leguntur quædam Adami ſcripta ſub nominibus Ægyptiorum in ſua cæleſti magia: ita Rengelbergius in annotationibus.* Nobis etiam fit credibile, Sethum tertiogenitum Adami ſacras Hæbreorum Hiſtorias quoq; litteris mandaſſe, quia Cedrenus [3] dixit: *Sethus Hebraicas litteras conſcripſit*: & Suidas [4] teſtatur. *Sethum ab hominibus illius ætatis Deum fuiſſe appellatum, eo quod & Hebraicas litteras, ac ſtellarum appellationes inveniſſet*. Enos hujus Sethi filius, ait Genebrardus, [5] *Fertur ſcripſiſſe de religione, de modo invocandi Deum, item de diſciplinis.* Henochum Sethianum à Deo in paradiſum tranſlatum complures ſcripſiſſe libros, multi tradidere Patrum, præcipuè Tertullianus, quorum multa colligit fragmenta: & Genebrardus hos Henochi libros laudat; ait enim, *Scripſiſſe Oracula, quæ citat in ſua Canonica B. Judas; de venturo Judicio adverſus hæreſim Cainitarum, cujus fragmentum in eadem Canonica; adverſus cultores, & fabricatores idolorum, cujus reliquiæ apud Tertullianum lib. de idolol. de Angelis deſertoribus, & eorum ordine, cujus micas collegit idem Tertullianus lib. de habitu mulierum, & lib. de cultu fœminarum*. Verum quamvis Annius, & Pererius exiſtiment, Adamum ex D. revelatione initium feciſſe ſcribendi Sacram Hiſtoriam, quæ poſtea appellata fuit Hebræa; nihilominus Poſſevinus [6] vult, gloriam *Primi Hiſtorici* totius Mundi deberi Moſi: *Primus omnium Moſes ſcripſit Hiſtoriam ab Orbe condito uſque ad obitum ſuum per 2109. annos*: quas duas diſcrepantes ſententias tali pacto poſſumus concordare; Adamum fuiſſe quidem Primum Hiſtoricum, ſed ſua ſcripta Hiſtorica, vel in Diluvio, aut in alia ſequenti ætate peſſum abierunt, unde remanſit Moſes Primus ſcriptor Hiſtoriæ omnium illarum Hiſtoriarum, quæ in præſentia extāt. Et addit Joſephus; [7] in Rep. Hebrea poſt Moſem honorabilem provinciam proſequendi Sacram Hiſtoriam Pontificibus, & Prophetis demandatam. *De noſtris verò progenitoribus, qui eamdem, quam prædicti* (Ægy-

[1] *lib. 1. Chron. f. 13.* [2] *lib. 18. civ. c. 38.* [3] *lib. 1. in conyun. hiſt.*
[4] *in hiſt.* [5] *loc. cit.* [6] *tom. 1. BB. lib. 2. cap. 4. fol. 55.*
[7] *lib. 1. contra Appion.*

(*Ægypii, & Chaldæi*) *habuerunt in ſcriptionibus ſollicitudinem* (*deſino dicere etiam potiorem*) *Pontificibus, & Prophetis hoc imperantes, quod ad noſtra uſque tempora cum multa integritate ſervatum eſt.*

II. Poſt notitiam Primi Scriptoris *Sacræ, & Hebrææ* Hiſtoriæ danda cognitio eſt Primorũ Hiſtoriographorum quatuor Monarchiarum Mundi, *Aſſiriæ, Perſicæ, Græcæ, & Romanę*; ac poſtea gradum facere debemus ad inveſtigandos Primos Scriptores Hiſtoriarum celebrium Regnorum; ut cum omnibus iſtis fiat collatio antiquitatis Primi Hiſtorici rerum Sicularum; & cui prima nobilitatis gloria debeatur, in claro remanebit. Igitur Monarchia *Aſsyria, ſeu Chaldæa* fuit diligentiſſima in adnotandis temporum geſtis, & in conſcribendis Hiſtoriis, ut auctor eſt Joſephus: [1] *apud Ægyptios autem, atq; Chaldæos, & Phœnices* [*deſino enim nos illis connumerare,*] *ſicut ipſi fatentur, res geſtæ antiquiſſimam, ac permanentem habent memoriæ traditionem.* Et addit apud ipſos onus ſcribendi Annales fuiſſe injunctum Sacerdotibus, dicens: *Apud Ægyptios, & Babylonicos ex longiſſimis olim temporibus circa conſcriptiones diligentia fuit, quando Sacerdotibus erat injunctum, & circa eas ipſi philoſophabâtur.* Et Annius [2] ſuprà dixerat; *Noè verò poſt diluvium reliquiſſe Chaldęis proſequendam Hiſtoriam, à quibus Abraham: & alij poſt eum veritatem ſcripſerunt.* Itaq; cum multi Sacerdotes fuerint in Monarchia Aſsyria, neceſſe eſt conſequenter affirmare, permultos in ea extitiſſe Hiſtoricos; inter quos quis fuerit primus, & antiquiſſimus, non reperimus. Illud tamen pro comperto habemus, Beroſum Chaldaicę Hiſtoriæ fuiſſe vetuſtisſimum, & famatiſſimum ſcriptorem; dicente Joſepho, [3] *Manetho Ægyptiarum rerum ſcriptor, & Beroſus Chaldaicarum.* Quis autem iſte fuerit, & quibus temporibus floruerit; hæc legimus apud Annium. [4] *Beroſus patriâ Babylonicus, dignitate Chaldæus, hoc eſt Sacerdos; uti narrat Joſephus;* [5] *ſecundum Diodorum Siculum fuit Publicus Notarius; Sacerdotibus enim deſignabatur magiſtratus, & provincia conſcribendarum Hiſtoriarum, Annalium, & temporum, & Regum geſta; ut etiam affirmat Methaſtenes.:* [6] *defloravit Chaldaicas Hiſtorias, & ut publicus Notarius omnia tempora, omneſque antiquitates conſcripſit ... Floruit ante Alexandri Monarchiam ea ratione, quia Methaſtenes Sacerdos Perſianus, qui initio hujus Monarchiæ extitit, eum ſe-*

[1] *loc. cit.* [2] *in lib. 1. Beroſi.* [3] *loc. cit.* [4] *lib. 5. antiq.*
[5] *cont. Appion. & lib. 1. antiq.* [6] *lib. de judiciis tempor.*

ſequutus eſt in deſcribendis temporibus circà Monarchiam Aſſyriorum. Græcæ linguæ fuit peritiſſimus, Athenis Chaldaicas diſciplinas docuit, & præcipuè Aſtrologiam; in qua, teſte Plinio, Chaldæi peritiores erant: Athenienſes in gymnaſio ſtatuam aureà linguâ exornatam ei dicavere ob ſuam divinam prædictionem. Antiquitates Chaldaicas ſcripſit; quia Græci uſque ad Phoronæum ſcribentes, Primus, qui hoc nomine in Græcia regnaverat, multis conſpurcavere Hiſtoriam erroribus. Verùm repertis apud Babylonios litteris annis 700. ante Phoroneum, Græci credebant litteras fuiſſe ęternas: ideo hac Hiſtoriarum brevi defloratione à Beroſo eruditi Gręci circa tempora, & antiquitates &c. Hęc Annius. Verùm duplicem hodie eruditi agnoſcunt Beroſum: unum verum, cujus Hiſtoria in præſentia peſſum ijt; & ſolùm ejus fragmenta leguntur apud Joſephum Hebræum. Alter Beroſus eſt ſuppoſitius, & intruſus à Joanne Annio Viterbienſi, qui hodiè extat, & legitur: ut rectè adnotant Pererius, [1] & Poſſevinus. [2] Enumerat etiam Poſſevinus [3] multos alios Hiſtoricos rerum Chaldaicarum, & Aſſyriarum; attamen inter omnes Primus, & antiquiſſimus Scriptor eſt iſte Babylonicus Beroſus. Verùm quo ſignato anno ipſe ſuam Hiſtoriam Chaldaicam ſcripſerit, Munſterus, & Carolus Stephanus dixerunt, ſcripſiſſe *annis ante Chriſtum* 300. hoc eſt juxtà Salianum, [4] & Gordonium [5] Olympiade 119. Urbis conditæ 452. & parum diſtant ab Annio, qui ſupra dixit, *Beroſum floruiſſe ante Alexandri Magni Monarchiam*: quoniam Græca Monarchia Alexandri, juxta Diodorum, & Arianum, quos ſequitur Gordonius, [6] initium accepit anno Mundi 3693. Olymp. 116. Romæ 422. & ante Chriſtum 310. parum ergò diſtant Munſterus, Carolus, & Annius in antiquitate Beroſi.

III. Secunda Monarchia *Perſiana* etiam ipſa multos, & graves Hiſtoricos obtinuit; ut teſtantur Athanæus, & alii Auctores: Quis tamen Primus, & antiquiſſimus inter ipſos fuerit; nos latet: verùm illud legimus, Cteſiam eſſe connumerandum inter antiquiores rerum Perſicarum Scriptores: de quo ait Suidas: [7] *Cteſias Hiſtoriam Perſicam libris 30. conſcripſit*. Et addit Plutarchus, [8] *libros ſuos abſurdarum, & inſulſarum fabularum colluvie inferſit*. Euſebius [9] autem

tem

[1] *lib.* 11. *in Dan. diſp.* 1. *fol.* 336. [2] *tom.* 2. *BB. lib.* 16. *ſec.* 4. *c.* 2.
[3] *loc. cit. ſec.* 6. *c.* 25. [4] *tom.* 3. *Annal.* [5] *in Chron.* [6] *loc. cit.*
[7] *in hiſt.* [8] *in Artaxerſe.* [9] *in Chron.*

Digitized by Google

tem adnotat tempus, in quo ſcripſit; dicens, *Cteſias Hiſtoricus clarus habetur olymp.95. an.2.* à quo parum diſtat Diodorus: [1] *cum hoc anno (3. olymp. 95.) Cteſias Hiſtoriam ſuam Perſicam concludit à Nino, & Semiramide uſque deductam.* Et advertit Salianus, (2) ipſum adfuiſſe bello Spartano contra Thebanos facto, anno 5. olympiadis 100. Urbis conditæ ann. 376. & conſequenter Cteſias ſcripſit Hiſtoriam Perſicam ante Monarchiam Alexandri, quæ incepit, ut dictum eſt, anno U.C.422. & quaſi annis 140. fuit antiquior Beroſo.

IV. Tertia Monarchia eſt *Græca*, quæ ſuprà omnes, eruditis, & diligentibus abundavit Hiſtoricis: quorum Poſſevinus (3) enumerat: *Herodotum Halicarnaſſæum, Thucydidem Athenienſem, Georgium Gemiſtum, Diodorum Siculum, Polybium, Plutarchum, Pauſaniam, Procopium, Zonaram, Nicephorum, Nicetam, Probum, ſeu Cornelium Nepotem.* Atque in hoc præclaro Choro gloria *Primi Hiſtorici rerum Græcarum* debetur, *Herodoto* inquit Cicero: (4) *Nunquam Herodotum illum, qui Princeps genus hoc enarravit:* & alibi (5) addit; *Sunt Herodotus, & Thucydides mirabiles ... Primiſque ab his, ut ait Theophraſtus Hiſtoria commota eſt.* Hic Herodotus fuit appellatus Halicarnaſſæus, à patria Halicarnaſſo, civitate Cariæ: colonia Argivorum, ubi fuit celebre Mauſoleum; inquit Carolus (6) Stephanus: & addit; *ſcripſit Hiſtoriam libris novem, quorum quiſque liber Muſæ inſcribitur. Cœpit à Cyro Perſarum rege.* Scripſit Herodotus ſuam Hiſtoriam Græcam juxtà Euſebium (7) anno 2. olympiadis 77. & juxta Gordonium (8) an.2.olymp.84. U.C.314. ante Chriſtum 438. Et ait eum ſcripſiſſe in Thuria civitate Magnæ Greciæ in Italia, ad ſinum Tarentinum, quæ hodie, ſi Barrio, (9) credimus, Terra Nova dicitur. Et nos addimus, ſcripſiſſe ante Cteſiam, & Beroſum pluribus annis.

V. Quarta, & ultima Monarchia fuit *Romana*; cujus Hiſtorias non minùs quam Græca per multis, & eruditis Scriptoribus fuit ditata; & Poſſevinus (10) enumerat: *Dionyſium Halicarnaſſæum, Livium, Plutarchum, Eutropium, Suetonium, Tacitum, Zonaram, Jordanem, Procopium, Agatiam, Leonardum Aretinum, Paulum Diaconum, Dionem Caſſium, Spartianum, Julium Capitolinum, Lampri-*

(1) *lib.14.* (2) *to.1.ann.M.3677. n.4.* (3) *loc. cit. lib.16. ſec.1. cap.1.* (4) *li.2. de or.* (5) *in or. ad Brutum* (6) *loc.cit. col.405.* (7) *in Chron.* (8) *in Chron.* (9) *apud Carol. Steph. l.c. col. 1926.* (10) *loc.cit. ſec.3.c.1.*

pridium, *Trebellium Pollionem*, *Flavium Vopiſcum*, *Vulcatium Gallicanum*, *Herodianum*, *Sextum Aur. Victorem*, *Pomponium Melam*, *Ammianum Marcellinum*, *Nicetam Choniatem*; & Faſtos, Conſules, Magiſtratus, legeſq; Romanas typis mandarunt recentiores Hiſtorici, Paulus Manutius, Onuphrius Panvinus, & Carolus Sigonius. Igitur in præclaro Choro Romanorum Hiſtoricorum, juxta Poſſevinum, (1) ſedet *Dyonyſius Halicarnaſſæus Primus*, *deindè T. Livius*: ipſe verò loquitur de illis Hiſtoricis Romanarum rerum, quos hodie præ manibus habemus; non abſolutè de omnibus Scriptoribus, quia iſte Dionyſius *Auguſti temporibus Romanam ſcripſit Hiſtoriam*, inquit Suidas: at ante Dionyſium multos antiquiores Hiſtoricos rerum Romanarum fuiſſe, affirmat Sigiſmundus (2) Geſenius: *hauſit* [*Dionyſius*] *ex antiquiſſimis*, *probatiſſimiſque Romanorum Scriptoribus Fabio Pictore*, *atque Cincio*, *Catoneq*; *& Valerio Antiate*, *ac cæteris*; *quos etiam Livium ſequi nõ pinguit*. Floruit hic Fabius Pictor perantiquus Scriptor rerum Romanarum, ait Plinius apud Gordonium (3) an. 3. olymp. 165. U.C. 635. Et ante Dionyſium Halicarniſſæum circiter an. 76. quia Auguſtus, ſub quo Dionyſius ſcripſit, cœpit regnare juxta eumdem Gordonium anno U.C. 711. Verùm idem Gelenius paulò poſt innuit alios Scriptores rerum Romanarum Fabio antiquiores, dicens: *Cum Theopompi*, *Ephori*, *Phillſti*, *Hecathæi*, *Anaxilai*, *Timæi*, *plurimorumque aliorum ſcripta intercideri nt*: *Polybbij Diodorique majori ex parte perierint*, *& in noſtris litteris deſideretur integer Trogus*, *Salluſtiiq; Hiſtoria*, *nec nimium ſuperſit de Livio*, *non multùm de Tacito*, *dimidiatuſque exiſtat Ammianus*, *quas ſi haberemus*, *abſolutam teneremus Romanarum rerum memoriam*, *ab V.C. uſque ad Gratiani Auguſti tempora*. Hęc ille; ex quibus clarè patet, multos ante Fabium Pictorem ſcripſiſſe Romanam Hiſtoriam; quorum vetuſſimi fuere Theopompus, & Ephorus. At Quintilianus (4) Theopompum Herodoto, & Thucydide juniorem facit, dicens: *Theopompus Gnidius Orator*, *& Hiſtoricus poſt Thucydidem*, *& Herodotum*; *quibus ut in Hiſtoria minor*, *ità Oratori magis ſimilis*: *ut qui antequam eſſet ad hoc opus ſollicitatus*, *diù fuit Orator*. Et Suidas (5) ambos deſignat Iſocratis diſcipulos. *Theopompus Chius*, *& Ephorus Hiſtorici*, *diſcipuli Iſocratis*; *alter freno*, *alter* cal-

(1) *loc. cit.* (2) *in præf. ad Halicar.* (3) *in Chron.* (4) *apud Car. Steph. in lexic. f.* 1091. (5) *in lexic. hiſt.*

calcaribus indigebat. Iſocrates autem, inquit Gordonius, (1) *Florere incœpit* anno Mundi 3572. ann.1. Olymp.87. U.C.325. ante Chriſtum 427. Theopompus ergo ſcripſit Romanam Hiſtoriam paucis annis poſt Herodotum, ſed ante Cteſiam, & Beroſum.

VI. Poſt laborioſum inventum Primi, aut quaſi Primi Hiſtorici Quatuor Mundi Monarchiarum; nunc opus eſt calamum movere ad inveſtigandos Primos, & antiquiores Hiſtoricos celebrium Regnorum; ut poſſimus, cum iſtis conferre noſtrum Primum Scriptorem rerum Sicularum; & videre, cui debeatur hæc alia nobilioris antiquitatis gloria. Igitur inter Regna omnia, *Ægyptij* fuere diligentiſſimi in adnotandis rebus ſuorum temporum, ſicut & Chaldæi, ut ſuprà teſtatus eſt Joſephus; (2) qui affirmavit, Reſpublicas Ægyptiam, & Chaldæam Sacerdotibus impoſuiſſe onus ſcribendi Annales, & Hiſtorias publicas; & conſequenter utraq; Reſpublica habuit permultos Scriptores, & Hiſtoricos: inter quos quis fuerit Primus, & antiquiſſimus, nobis eſt ignotum: attamen apud probatos Auctores legimus; *Manethonem* rerum Ægyptiarum Hiſtoricum eſſe celeberrimum, & nimis antiquum: ità teſtis eſt Joſephus. (3) *Manethọ Ægyptiarum rerum ſcriptor*: & alibi (4) addit. *Manetho genere vir Ægyptius, Græcâ diſciplinâ eruditus, ſicut palam eſt, ſcripſit Græco ſermone paternæ religionis Hiſtoriam ex ſacris, ſicut ipſe teſtatur, interpretatus libris*. Verumenimverò hodiè per manus Eruditorum duo vagant Manethones. Unus verus, alter commentitius, & à Joanne Annio intruſus; ut teſtantur Pererius, (5) & Poſſevinus: (6) atque laudatus Pererius multis rationibus differentiam aperit. Celebris etiam Hiſtoricus rerum Ægyptiarum fuit *Mathaſtenes, ſeu Megaſtenes*: & in recentioribus ætatibus, ait Poſſevinus, (7) de iisdem Ægyptiis ſcripſere *Joannes Boemus, Ludovicus Patritius Romanus, Cœlius Calcagninus, Crinitus, & Celius Rodiginus.* Sed inter omnes hos Scriptores antiquiſſimus eſt Manetho; de cujus magna antiquitate ſcribit Ubo (8) Emmius: *Floruit, & tomos ſuos compoſuit Manetho Sacerdos Heliopolitanus ſub Ptolomæo Philadelpho Rege Ægypti*: qui Rex, juxta Gordonium (6) cœpit regnare anno Mundi 3720. an. 1. Olymp. 124. U.C. 469. ante Chri-

D ſtum

[1] *in Chron.* [2] *loc.cit.* [3] *lib.1.antiq.c.5.* (4) *lib.1. cont. Appion.* (5) *lib.11. in Dan.diſp.1.* (6) *loc.cit.lib.16.ſect.4. cap.2.* (7) *loc. cit. ſect.7.cap.4.* (8) *in Canone Chron.f.89.* (9) *in Chron.*

ſtum 283. ann. Unde Manetho ſcripſit Hiſtoriam Ægyptiam poſt Beroſum, Herodotum, Theopompum, & Cteſiam Hiſtoricos rerum Chaldearum, Grecarum, Perſicarum, & Romanarum.

VII. *Germani* abundant etiam Scriptoribus, quorum citatus Poſſevinus (1) hunc eruditum collegit Catalogum; *Cornelius Tacitus, Plinius, Eucardus Cacellarius Caroli Magni, Abbas Vſpergenſis, Joannes Tritemius, Ladulphus Agricola, Chriſtophorus Longarius*, quibus addo Philippum Cluverium : & anno 1609. Hanoviæ typis ſunt mandati quatuor magni Tomi ſub titulo: *Germanarum rerum Scriptores*, dicati Chriſtiano Duci Saxoniæ; in quo videtur locuples collectio Hiſtoricorum, & Chronologicorum rerũ ſacrarum, & profanarum Germaniæ. Verùm inter omnes iſtos Hiſtoricos rerum Germanarum *Primatus antiquitatis* Tacito debetur; de quo ſcribit Jacobus (2) Tirinus: *C. Cornelius Tacitus ſub Trajano ſcripſit Hiſtorias, quarum maxima pars periit, & Annales ab exceſſu Auguſti, uſque ad ultimum biennium Neronis. Item librum de Situ, Moribus, & Populis Germaniæ. De vita ſoceri ſui Agricolæ : Lipſius in comment. in Tacitum uſque ad imperium Adriani perveniſſe putat; ideſt ad annum Chriſti* 119. Hæc eſt major antiquitas, quam invenimus, Hiſtoricorum Germaniæ; & ut clarè patet, eſt poſterior narratis Scriptoribus.

VIII. *Hiſpani* etiam ditiſſimam poſſident Hiſtoriam, quia laudatus Poſſevinus (3) affirmat, res Hiſpanas ſcripſiſſe obiter *Tacitum, Spartianum, Dionem, Julium Capitolinum, Herodianum, Lampridium, Fl. Vopiſcum, Amnianum Marcellinum, Trebellium Pollionem, Vulcatium Gallicanum, Ennodium, Paulum Diaconum, Jornandum, Golſiam, Proſperum, Severum Sulpitium, Euſebium Cæſarienſem*, & *S. Hieronymum* : at data opera, & ſeriò ſcripſere *Appianus Alexandrinus, Aulus Hirtius, Victor Archiepiſcop. Tolet.* & *Iſidorus Archiepiſc. Hiſpalæ: Julianus forſan Archiep. Tolet.* & *Sebaſtianus Salamancæ, Zefirus Epiſcopus, Iſidorus Minor Epiſcop. Badajocenſis, Lucas Epiſcopus Turienſis, Rodericus Ximenes Archiep. Tolet.* & *Alphonſus Epiſcop. Cartagenæ, Joannes Ægidius Zamorenſis, Florianus Ocampus, Lucius Marineus Siculus, Ambroſius, Morales, Hieronymus Zurita, Stephanus Garibai, Rodericus Archiep. Tolet. Lanuzza*, & *alii*. Et

[1] *loc. cit. ſec. ſ. c.* 20. [2] *tom.* 3. *in Script. in indice Auctorum.*
[3] *loc. cit. lib.* 16. *ſec.* 5. *cap.* 3.

Digitized by Google

Et anno 1603. typis data ſunt Francoforti Quatuor magna Volumina, dicata D. Balthaſſaro Zunicæ Legato Regis Catholici apud Albertum, & Iſabellam dominos Flandriæ, ſub hoc titulo: *Hiſpania illuſtrata*; in quibus magnus numerus legitur Hiſtoricorum, & Chronographorum rerum Hiſpaniæ. Itaque prætermiſſis ſuprà enarratis à Poſſevino, qui res Hiſpanas obiter ſcripſere; inter eos autem, qui Hiſtoriam Hiſpanam datâ operâ edidere, Primus, & antiquior, quod ſciam, fuit Appianus Alexandrinus, qui ſcripſit *De bello Hiſpanico*; & juxtà Tirinum [1] *ſcripſit ſub Adriano Imp. anno Chriſti* 130. & conſequenter vel fuit contemporaneus Corn. Taciti Primi ſcriptoris rerum Germanicarum, vel poſt Tacitum annis 11. res Hiſpanicas ſcripſit.

IX. *Galli* etiam abundant per multis Hiſtoricis, quorum magnam copiam affert Poſſevinus. [2] Et anno 1636. Pariſiis in lucem prodiere Quatuor Tomi dicati Ludovico 13. Regi Galliæ ſub hoc titulo, *Scriptores Hiſtoriæ Francorum*: ubi legitur copioſa collectio Scriptorum rerum Gallicarum. Verùm laus Primi, & antiquioris Hiſtorici rerum Gallicarum, ni fallimur, debetur Julio Cœſari Dictatori, ſeu Primo Imperatori, qui juxtà Gordonium [3] ſcribere incœpit ſuos celebres Commentarios *De bello Gallico* annis 56. ante Chriſtum, quia ipſe fuit Primus annus, in quo abſoluto conſulatu Romę, à Senatu decreta ei fuit Gallia ad quinquennium, & initium fecit bello Gallico: & dicunt, quod Cœſar quæ die operabatur in campo, noctu in caſtris ſcribebat. Undè Cœſar Primus Hiſtoricus rerum Gallicarum pręceſſit Tacitum Primum Scriptorem rerum Germanicarum, & Appianum Primum Hiſpanicarum: at eſt junior omnibus Scriptoribus Quatuor Monarchiarum.

X. Jam ſelectiorum Hiſtoriarum Primos, vel quaſi Primos, & antiquiores deſignavimus Scriptores: eja age nunc ad indagandum Primum, ac principem SICULARUM rerum enarratorem calamum moveamus. *Hypis*, inquit Suidas [4] *Rheginus Hiſtoricus Temporibus Perſicis PRIMUS res Siculas deſcripſit; quas poſteà Myes in compendium redegit; Origines Italiæ, Sicularum rerum libros quinque; Annalium libros quinque; Argolicarum rerum libros tres. Primus etiam ſcripſit Paradiam, & Choliambum, & alia*. Meminit etiam de hoc

D 2 Hy-

(1) *loc. cit.* (2) *loc. cit. lib. 16. ſect. 5. cap. 16.* (3) *in Chronol.*
(4) *lit. H. col.* 421.

Digitized by Google

Hypi Athenæus, inquit Lilius (1) Giraldi.

XI. Primus ergo omnium Hiſtorias Siculas deſcripſit Hypis, patria Rheginus, Calabriæ oppidum celeberrimum; at dices, quo tempore ſcripſit? reſpondet Suidas Temporibus Perſicis. Heu quam magnum annorum intervallum fœlicibus initiis Sicilienſis Hiſtoriæ circumſcripſit Suidas; nam teſtè Saliano, (2) & Gordonio, (3) PerſarumMonarchia à Cyro fuit inchoata olympiadis 55. anno 1. Urbis conditæ an.193. ante Chriſtum .557. ſtetitque uſq; ad Græcorum Monarchiam, ab Alexandro Macedone incœptam, olymp.112. an.2.vel 3.U.C.422. vel 423. ante Chriſtum 330. Duravitque Saliano calculatore annis 207. Igitur intra vaſtum periodum annorum 207. Prima ſemina, ſeu ut melius dicam, primas lucubrationes Hiſtoriæ Siculæ ſumus inveſtigaturi? Verùm in tam ambigua vaſtitate annorum non poſſumus implorare ab aliis auxilium, ut inveniamus noſtrum Primum Hiſtoricum, niſi ab illis antiquiſſimis Scriptoribus rerum Sicularum, qui ijſdem temporibus Perſicis floruerunt; & poſt ipſos in ætatibus, & ſæculis tranſactis incedentes, proſpicere obſcuram antiquitatem noſtri Primi Hiſtorici Hypis. Igitur inter poëtas, & Hiſtoricos, qui antiquiſſimis temporibus Perſicæ Monarchiæ res Siculas cecinere, & enarravere, reperimus Theognidem, civem Megarę, urbis Siciliæ, Poëtam celeberrimum, qui floruit olympiade 59. ità affirmat Euſebius. (4) *Theognis Poeta clarus habetur.* Suidas (5) verò aſſerit eum natum eadem olymp. 59. & convixiſſe ſimul cum Phocylide. De eodem etiam meminere, ait Arnoldus (6) Ponticus in notis ad Euſebium, Plato, (7) Plutarchus, (8) & Athenæus. (9) Iſte Theogenes, ſeu Theognis auctore Suida, apud Lilium (10) Giraldi, ſcripſit elegiam *De obſidione Siracuſanorum*; Fazellus [11] addit *De obſidione, & expugnatione Siracuſanorum*: verùm Tirinus [12] ait *Elegiam ſcripſit de Syracuſanis in obſidione ſervatis, & multa alia carmina, ac ſententias elegiacas*: & ſubdit Arnoldus, *cujus extant opera.* Itaque hic Poeta Theognis floruit temporibus Perſicis, quia ſecundum Suidam

[1] *tom.2.dialog.9.de Poet.& Hiſtor.n.40.f.*353. (2) *to.4.an.M.*3494. *tom.5. an.M.* 3723. [3] *in Chron. an.M.* 344. 3674. [4] *Chronol.* [5] *in Hiſt.* [6] *in Euſeb.* [7] *lib.1.de legib.* [8] *lib.de Stoicor.contra.* [9] *lib.6.* [10] *to.2.de Poet.& Hiſt.Dial.*3. *f.*101. (11) *dec.2.li.3.c.4.* (12) *tom.3.in S.Script.in Indice Auctor.*

dam natus olympiade 59. at juxtà Euſebium floruit eadem olymp. 59. in qua olympiade regnabat in Perſia juxtà Euſebium, [1] Salianum, [2] & Gordonium [3] Fundator Monarchiæ Perſicæ Cyrus. Igitur ſi Hypis Rheginus Primus ſcripſit res Siculas, *& ſcripſit temporibus Perſicis*, & Theognis Megarenſis elegiaco carmine cecinit obſidionem Syracuſarum olympiade 59. in qua regnabat Cyrus conditor Monarchiæ Perſicę; conſequenter eſt inferendum, Hypim Primum Hiſtoricum rerum Sicularum, ſcripſiſſe inter Olympiadem 55. in qua Cyrus fundavit Monarchiam Perſicam, & Olympiadem 59. in qua floruit Theognis, & ſub eodem Cyro.

XII. Verùm hęc antiqua tempora noſtri Hypis non cum Poëtis, ſed cum Hiſtoricis conferamus;& cum vetuſtiſſima ætate Antiochi Syracuſani, celeberrimi Hiſtorici rerum Sicularum, de quo meminere Pauſanias, Diodorus, Cicero, Joſephus, & alii, quos laudabimus Sectione [4] ſequenti: & de ſua magna antiquitate teſtem habemus Dionyſium [5] Halycarnaſſęum, qui ait; *Antiochus Syracuſanus, Antiquiſſimus Hiſtoricus.* Et adnotat Valguarnera, [6] ipſum fuiſſe contemporaneum Herodoti, rerum Gręcarum Primi Hiſtorici: atque affirmat Diodorus, [7] Antiochum Siculam Hiſtoriam ſcripſiſſe ante olympiadem 89. dicens: *cum hoc anno (olymp. 89.) Nobilis Sicularum rerum Scriptor Antiochus Syracuſanus Hiſtoriæ ſuæ finem imponat*. Undè Bonannus [8] occaſionem captavit aſſerendi; Antiochum finem impoſuiſſe ſuæ Hiſtoriæ initio regni Darii Nothi Regis Perſarum; qui regnavit circa olympiadem 89. Igitur ſi Hypis Primus Hiſtoricus Sicilię ſcripſit res noſtras *temporibus Perſicis*; & Antiochus ſcripſit ante olympiadem 89. in qua regnabat Darius Nothus Monarcha Perſarum, clarè ſequitur, tempora antiquiſſima noſtri Hypis coacta eſſe inter olympiadem 55. in qua Cyrus exorditus eſt Monarchiam Perſicam, & olymp. 89. in qua floruit Antiochus: ſed intra iſtos annos 183. (quia tot diſcurrunt anni ab olympiade 55. ad olympyadem 89.) quo ſignato anno, ſeu olympiade Hypis ſcripſerit, neſcimus præſagire: & ſolum illud affirmare poſſumus; ipſum ſcripſiſſe res Siculas ſub aliquo iſtorum ſeptem Regum Perſiæ, Cyro, Cambiſe, Mago, Dario, Xerxe, Artaxerxe: quia iſti in Perſia regnarunt ante Darium Nothum

[1] *in Chron.* [2] *in Ann.* [3] *in Chron.* [4] *ſec. 2. c. 1.* [5] *lib. 1.* [6] *loc. cit. f. 20.* [7] *lib. 12.* [8] *in illuſt. Syracuſ. li. 2. in Hiſtorico f. 207.*

Digitized by Google

thum, & ante olympiadem 89. juxta Gordonium. (1)

XIII. Feliciter ergo inter abdita latibula antiquæ eruditionis inventâ vetuſtiſſimâ ætate Hypis Primi Hiſtorici rerum Sicularum: eja age nunc cum ſelectiorum Hiſtoriarum Choro in ſcenam pedē inferamus; ut proclametur, cui earum Primi, antiquioris, ac nobilioris Scriptoris gloria, ac nomen jure debeatur. Et ſine æmulatione dignior locus eſt dandus *Sacræ, & Hebraicæ* Hiſtoriæ, quoniam Moiſes eam cœpit ſcribere, vel ante exitum Iſraelis de Ægypto, vel ante latam legem in Monte Sinai, & ante excogitatas Olympiades, ac ante Urbem conditam multis annis; ut rectè probant Pererius, [2] Cornelius, (3) Salianus, (4) Gordonius, (5) & alii. Verùm reliquæ Hiſtoriæ, quoniam omnes poſt Olympiades, & poſt Romam conditam litteris traditæ ſunt, jurè Hebraicâ ſunt juniores, & ignobiliores. At inter juniores Hiſtorias, quæ ſit Secunda, & poſt Hebraicam collocanda, neſcio me extricare: quia ſi tempora Hypis Primi Hiſtorici rerum Sicularum conferantur cum temporibus Theognidis Poëtæ; Hypis ſanè multis annis fuit ante Herodotum Primum Hiſtoricum rerum Græcarum; quia Theognis floruit olymp. 59. & Herodotus olymp. 77. vel 84. & conſequenter Hiſtoria Sicula erit antiquior Græcâ, & Secunda poſt Hebream. Si verò tempora ejuſdem Hypis conferantur cum temporibus Antiochi Hiſtorici, ipſe ſanè erit, vel contemporaneus, vel parum poſterior Herodoto; quia uterque floruerunt paulò ante olymp. 89. Nam noſter Hypis floruit ante olymp. 89. & Herodotus olymp. 84. & per conſequens Sicula, & Græca Hiſtoria erunt ſorores, & connexæ. Theopompus, etiam Ephoruſque Primi Hiſtorici rerum Latinarum, ſeu Romanarum parumper præceſſerunt eādem olympiadem 89. & conſcripſere olymp. 87. uti ſuprà enarravimus. Hinc clarè infertur, omnes iſtas tres Hiſtorias, Siculam, Græcam, & Romanam breviſſimo tempore unam alteram præcedere circà Primum Scriptorem. Verùm ſi quis animum intendat, quod ſint iſtæ Tres Hiſtoriæ contemporaneæ, & partus unius, ejuſdemque calami; nequaquam vana, & fabulas ſibi ſomniaret: quia ſuprà dixit Suidas; (6) noſtrum Hypim Rheginum, qui Primus deſcripſiſſet res Siculas; ſcripſiſſe etiam *Origines Italiæ*, hoc eſt, ut nos exponimus, origines populorum, ac civitatum Italiæ: ac

etiam

(1) *in Chron.* (2 & 3) *in Gen.* (4) *in Annal.* (5) *in Chron.* (6) *loc. cit.*

etiam compoſuiſſe Hiſtoriam Græcam, ideſt *Argolicarum rerum libros tres*.

XIV. Tertius locus debetur Hiſtoriæ *Perſicæ*, quia Cteſias, quamvis eam non ſcripſerit Primus, fuit tamen inter Primos, & antiquiſſimos Scriptores Perſicarum rerum; & eas adnotavit Olympiade 95. & poſt olymp.89. paucis annis, in qua floruere Hypis, Herodotus, & Theopompus. Quartus debetur Hiſtoriæ *Aſſyriæ, ſeu Chaldeæ*: quia hodiè illa antiquiorem Scriptorem Beroſo nequaquàm agnoſcit; qui collegit geſta illius Monarchiæ ante olymp. 112. Quintus dandus eſt Hiſtoriæ *Ægyptiæ*, quia in præſentia non gloriatur antiquiore Scriptore Manethonis, qui ſcripſit res Ægyptias olymp. 124. Sextum locum occupabit Hiſtoria *Gallicæ*, cujus Primus Scriptor fuit Dictator, ſeu Imperator Julius Cœſar, qui ſcripſit olymp. 180. Septimum obtinebit *Germanica* Hiſtoria, quæ in ſuum Primum Hiſtoricum veneratur Corn. Tacitum, qui claruit poſt Chriſtum annis 119. & olymp. 223. Ultimus locus debetur Hiſtoriæ *Hiſpanæ*, quia pro ſuo antiquiore Scriptore agnoſcit Appianum Alexandrinum, qui floruit anno Chriſti 130. & olymp. 226.

XV. Igitur firmum maneat; noſtram Hiſtoriam Siculam inter Selectiores Hiſtorias eſſe digniſſimam, & nobiliſſimam; tum propter antiquiſſimam Epocham, ſeu initium ſuæ narrationis; Ipſa enim exorditur ſuam narrationem à fractura Italiæ, quæ facta eſt eodem ipſo anno Diluvii Noë: cum etiam propter magnam antiquitatem ſui Primi Scriptoris Hypis Rhegienſis, qui *Primus res Siculas deſcripſit temporibus Perſicis*, hoc eſt ante Antiochum, & ante olymp. 89. & forſan præcedit Hiſtoriam Græcam: ac in Choro Hiſtorico ſedet poſt Sacram, & Hebraicam; ut in ſubjecto Catalogo clariùs innoteſcet.

(+)

CHO-

CHORUS SELECTIORUM HISTORIARUM
Gloriam Primi antiquioris Scriptoris Æmulantium.

Historia Primò, vel quaſi Primò ſcribitur Anno. . . .	Olymp.	U.C.	ante Chriſt.
Hebraica à Moiſe ante Exodum Iſraelis de Ægypto, vel poſt latam legem.	ante	ante.	circà 1500.
Sicula ab Hypi Rhegino. circà	55.	193.	556.
vel	77.	286.	466.
Græca ab Herodoto Halicarnaſſæo.	77.	286.	466.
Latina, ſeu Rom. à Theopompo, & Ephoro.	87.	325.	427.
Persica à Cteſia Gnido non Primo	95.	358.	394.
Assiria, ſeu Chaldæa à Beroſo Babylonico non Primo.	119.	452.	300.
Ægyptia à Manethone Heliopolitano Sacerdote non Primo.	124.	469.	283.
Gallica à Julio Cœſare Imperat.	180.	696.	56.
			Poſt Chriſt.
Germanica à Corn. Tacito.	224.	869.	119.
Hispanica ab Appiano Alexandrino.	226.	877.	130.

SE-

SECTIO SECUNDA

HISTORIA SICULA
Quam fuerit, hodieque ſit dives, & opulenta antiquis, & recentioribus Scriptoribus.

EXPOSITA', & probatâ jam Dignitate, nobili Antiquitate, & veneranda Majeſtate Siculæ Hiſtoriæ: nunc jure expedit, de erudita antiquorum, & recentiorum Scriptorum rerum Sicularum frequentia verba facere: ut lectoribus innoteſcant fontes, è quibus ſcaturiunt noſtri Annales, & fluit perennis curſus noſtræ Hiſtoriæ quatuor annorum millium, & ultra.

IN SICULA HISTORIA Quam multi antiqui, & graves Hiſtorici defecerint, & exoptentur.

CAP. I.

I. ANTONIUS (1) Poſſevinus totum librum 16. ſuæ ſelectæ Bibliothecæ, Gentium Hiſtoriis, & Hiſtoricis donavit: eruditus quidem labor, in eo enim, quaſi in totius eruditionis theatro, politioribus ingeniis ſelectiores ſpectandas obtulit Hiſtorias: unicuique famulitium ſuorum Scriptorum præſcribens: inter quas Siculam Hiſtoriam, & Siculos Hiſtoricos his verbis deſignat. *SICILIÆ. Ælianus in variis Græcis, Philippus Syracuſanus de Siculorum variis geſtis contra Syracuſanos, Michaël Ritius de Regibus Neapolis, & Siciliæ. Jo: Jovianus Pontanus ad finem libri 6. De bello Neapolitano: Dionis autem Syracuſani vitam Plutarchus ſcripſit, uti & in Parallelis Minoribus de Arontio in Ægeſta: & Ælianus aliqua de eodem in variis Græcis. Seneca lib.11.ep.80. de Æthna, Scylla, & Charybdi. Plura de civitatibus quibuſdam Siciliæ, & de reliquis ejus Inſulæ rebus; & de Tyrannis Ælianus in variis Græcis. Tzetzes, Diodorus Siculus, Plutarchus in Parallelis Minoribus. Leonicenus, Cœlius. Italia Leandri. Sicilia Maurolici. B. Antoninus Florentinus tit. 20. c. 4. & Thomas Fazellus* Si-

E

(1) *tom.2. lib.16. ſec.7. c.9. f.461.*

Siculus ordinis Prædicatorum , qui de locis , & rebus Siculis Decades duas conſcripſit ; quas Remigius Florentinus è Latina in Italicam linguam convertit. Vivebat autem hic Thomas Fazellus Carolo V. Imp. cui ſuas Decadas anno 1560. inſcripſit ; quas biennio poſt emendatas , & auctas Philippo Regi ejus filio dicavit. Poſſevinus in toto ſelectiorum Choro hunc Scriptorum famulatum Siculæ deſignavit Hiſtoriæ : ſed heu nimium quãtum divitiſſimam Siciliæ depauperavit Hiſtoriam : legatur Fazellus, & evolvatur Cluverius , qui aſſerunt confertam aciem antiquorum Scriptorum . Pergratum ergò erit Hiſtoriæ Siculæ Zelotypis, ſi in ipſa Annalium fronte, in æternam rei memoriam, Nomina omnium Græcorum, Latinorum, & Italorum Auctorum inſcribere curabimus, qui res Siculas non obiter: aut ex occaſione innuunt , ſed eorum tantum , qui noſtras Hiſtorias, ex inſtituto ; datâ operâ , & integris libris , vel voluminibus typis mandare inſudavere, & ſtuduere: innuentes ſemper fontes antiquitatis, ex quibus has vetuſtas, & diſperſas notitias noſter collegit, & in unum conjunxit calamus .

II. *Homerum* itaque celeberrimum , & antiquiſſimum Poetam Græcum aliqui poſſent Primo loco afferre ; quia inter ipſius poemata enumerat Giraldi (1) *Siciliæ captivitatem, ſi ſic per Criticos liceat dicere* . Verùm Valguarnera (2) miſſum facit à numero Hiſtoricorum, & Poetarum, qui res Siculas narraverunt, & cecinerunt: quoniam de hoc antiquiſſimo Pomate, ait. *Commemorat Suidas (3) inter Homeri opera , unum , cujus titulus Sicelias aloſis, hoc eſt : Siciliæ captivitas : ſed tamen vehementer dubito , illum textum in Suida eſſe mendoſum ; & legendum eſſe , Oecalias aloſis , ideſt Oechaliæ captivitas; quia ut ait Strabo ; (4) Samius fuit etiam Creophylus , hunc ajunt, Homero aliquandò hoſpitium præbuiſſe, donoq; ab eo accepiſſe inſcriptionem Poematis, de capta Oechalia, quod appellant Oechaliæ excidium: de qua re teſtis eſt etiam Epigramma Callimaci ſub eodem titulo , Oecalias aloſis : citatur idem Homeri Poema ab Euſtatio, (5) ubi Epigramma Callimaci, quod legitur mutilatum, eſt ſupplendum ex prędicto loco Strabonis. Verùm Herodotus hoc Poema non agnoſcit, ut partum Homeri, ſicut aliqua alia allata ibi à Suida; & ideò Strabo dixit, hunc ajunt. Quin Pauſanias [6] citat hunc librum ſub tit. Heracleæ Creophyli; quia hoc facinus* Oe-

[1] *to.2.dial.2.f.72. n.10.* [2] *de origine Panormi f.120.* [3] *in Hiſt.* [4] *lib.14.* [5] *2. Iliad. f.331.* [6] *lib.14.*

Oecaliæ fuit Herculis , & ut dixi , illud cecinit Creophylus , non Homerus . Hæc Valguarnera: & forſan etiam dubitans de tali Poemate, Giraldi, dixit: *Si ſic per Criticos liceat dicere.* Sed ut cumque ſeſe res habeat: eja age gradum faciamus ad noſtros Hiſtoricos, & Hiſtorias certas , & ſine quæſtione : & omiſſo *Hypi Rhegino , qui Primus temporibus Perſicis Rerum Sicularum deſcripſit libros quinque*, ut dixerat Suidas, quia de eo præcedenti Capite plura verba fecimus .

III. *Antiochus Syracuſanus in Sicilienſi Hiſtoria Scriptum reliquit* , inquit Pauſanias;[1] & de hoc Antiocho mentionem faciunt Diodorus, [2] Cicero, [3] Strabo,[4] Joſephus, [5] Euſebius [6] apud Arnoldum [7] Ponticum; & de eodem commemorant Ariſtoteles, [8] Athenæus, [9] Gemiſtius, [10] Juſtinus, [11] Herodotus , [12] Ovidius : [13] & Bonannus [14] aſſerit , Antiochum finem impoſuiſſe ſuæ Hiſtoriæ initio regni Darii Nothi Regis Perſarum , qui regnavit circà olymp. 89. atque floruiſſe olymp. 90. Valguarnera [15] etiam facit illum Herodoto contemporaneum , quia ſcripſit ſuam Hiſtoriam paulò ante olymp.89. Et de magna ejus antiquitate teſtis eſt Dionyſius [16] Halycarnaſſæus , dicens : *Antiochus Syracuſanus, antiquiſſimus Hiſtoricus.* Diodorus [17] teſtatur , ipſum Novem libros Siculæ Hiſtoriæ ſcripſiſſe, dicens: *Cum hoc anno (ideſt olymp.89.)nobilis Sicularum rerum ſcriptor,Antiochus Syracuſanus Hiſtoriæ ſuæ finem imponit, quam libris 9.à Cocalo indè Rege deducit.* Sed Fazellus (18) ſequens Pauſaniam, decimum librum his verbis affert. *Antiochus Hiſtoricus Syracuſanus , Xenophanis filius libris 10.teſte Pauſania,Hiſtoriam à Cocalo Sicanorum Rege exorſus,ad obitum uſq; Xerſis Perſarum Regis , teſte Diodoro lib. 12. per annos 700. Novem Voluminibus complexus eſt ; quæ quidem ad manus meas non pervenit* . Geſnerus(19)auctoritate Heſichii citat Hiſtoriam Italię. Cōſtantinus Laſchari apud Maurolicum (20) aſſerit, ipſum ſcripſiſſe etiam res Romanas. *Antiochus Syracuſanus,qui Romanas; & Siculas ſcripſit Hiſtorias.* Igitur iſte Antiochus poſt Hypim Primum Hiſtoricum

[1] *in Phocicis lib. 6.* [2] *lib.4.& 12.* [3] *2.de Or.* (4) *lib.6.* (5) *li.2. cōt.Appion.* (6) *in Chr.* (7) *in notis ad cit.Euſeb.f.304.* (8) *in Polit.* (9) *lib. 1. cap.4.* [10] *lib. 1. rer. Græc.* [11] *lib. 4. hiſt.* [12] *lib. 7.* [13] *8.Metam.* [14] *in illuſtrata Syrac. li.2. in Hiſtoricis f.297.* (15) *de orig.Panor.f.20.* (16) *lib.hiſt.1.* (17) *lib.12.* (18) *dec.1.lib.4.c.1.* (19) *in BB.* (20) *lib.hiſt.1.f.38.*

Digitized by Google

rerum Sicularum, magnam antiquitatem prædicti Hypis demonſtrat, quia fuit coævus Herodoto, Primo Scriptori rerum Græcarum.

IV. *Philiſcus, vel Philiſtus, Syracuſanus Hiſtoricus, cognatus fuit Dionyſii Siciliæ Tyranni, in navali contrà Carthaginenſes prælio occubuit: fuit diſcipulus Eveni elegiaci Poetæ: ſcripſit Sicula, ideſt res variè geſtas ab eis adverſùs Græcos, & genealogiam, & Phœnicia, & alia quædam in Inſula Siciliæ*, inquit Suidas. [1] De eodem Philiſco commemorant Athenæus, [2] Diodorus, [3] Cicero, (4) Plutarchus, (5) Pauſanias, (6) Æmilius, (7) Probus, Joſephus, (8) Laſcari apud Maurolicum, [9] Fazellus, (10) & alii. Diodorus (11) aſſerit, Philiſtum depoſuiſſe in duo Volumina Hiſtoriam annorum quinque Dionyſii Minoris: Dionyſius (12) Halicarnaſſæus inquit, ipſum diviſiſſe ſuam Hiſtoriam ſub duabus Inſcriptionibus: in una enarrat res geſtas in Sicilia; in alia Dionyſii Minoris. Stephanus (13) Bizantius laudat ſuum librum 13. rerum Sicularum, inquit Bonannus. (14)

V. *Philiſtus Naucratica, aut Syracuſanus, Archonidis filius, diſcipulus Eveni Poetæ elegiaci; Primus ex arte Oratoria Hiſtoriam ſcripſit; compoſuit artem dicendi, Ægyptiaca libris 12. Res Siculas lib. 11. & adverſùs Tricanum orationem; de Naucrete; de Dionyſio Tyranno lib. 6. de Ægyptiorum theologia lib. 2. Conciones, & alia quædam de Lybia, & Syria*: Hactenùs Suidas: (15) verùm Bonannus (16) adnotat; Suidam mentionem ſegregatam facere de duobus Philiſtis, unum Syracuſanum: & Hiſtoricum, qui vixit temporibus utriuſque Dionyſii: alium Oratorem, & Hiſtoricum, Primumque Oratorum, qui ſcripſit Hiſtorias; num verò fuerit Syracuſanus, eſt in dubio poſitus; quia fuit à Naucratica, aut Syracuſanus, & multis poſt annis floruit ſub Hierone Secundo: & addit, Fazellus (17) has diverſitates non advertēs, confundit eos, & ex duobus facit unum. Fallitur etiam Aretius, (18) dum appellat alterum Philiſtum Syracuſanum Poetam, alium Philoſophum; cum unus fuerit ſolùm Hiſto-

[1] *in lexic. hiſt. col. 986.* [2] *lib. 10.* [3] *lib. 16.* [4] *lib. 2. de orat. lib. 1. de divin. lib. 2. cp.* [5] *in Dione, & in Alex.* (6) *in Atticis.* (7) *in vita Dionyſ.* (8) *lib. 2. cont. Appion.* (9) *loc. c. f. 20.* [10] *dec. 1. lib. 4. f. 102.* (11) *lib. 15.* (12) *in elog.* (13) *de urbib.* (14) *loc. cit.* (15) *loc. cit.* (16) *loc. cit. lib. 2. in Rhethorico f. 316.* (17) *loc. cit.* (18) *in Coſmogr.*

ſtoricus, alter Orator, ac Hiſtoricus. Andreas (1) Scotus eum vocat Siculum. Dionyſius (2) Halycarnaſſæus, & Ariſtoteles (3) collocant illum inter celebres Scriptores præceptorum oratoriorum. Hæc uſque Bonannus. Et ego addo Pirrum [4] in Notitia 2. Syracuſana eum appellare Pheliſtum; & in margine adnotare, *Schobar Philiſcum, & Poſſevinum Philippum ex errore vocare.*

VI. *Callias li.10.Hiſtoriæ,quam ſcripſit de Syracuſano Agathocle;*inquit Ælianus; [5] Scoliaſtes Apollonii etiam laudat librum 10.Hiſtoriæ Agatoclis, ut teſtatur Cluverius, (6) Macrobius (7) laudat l.7.Callię,& Athenęus [8] librum 8.Et addit Laſcari apud Maurolicum.[9]*Callias Syracuſanus Hiſtoricus Hiſtorias plures ſcripſit, in his Agathoclis Siculi tyrãni geſta.*Verùm ait Bonãnus:(10)*hoc opus uſq; ad hanc diem mihi eſt ignotum:* & Fazellus (11) loquens de Hiſtoriis Calliæ inquit; *cujus opus non legi*: atque ſolus Macrobius (12) ejus fragmentum affert. Meminere etiam de noſtro Hiſtorico Callia Joſephus, (13) Dionyſius (14) Halycarnaſsæus. Feſtus Pompejus, Joannes [15] Buſtamantius,& juxtà Bonannum (16) *vixit in eadem quaſi ætate, qua vixit Timæus*, ſcilicet olympiade 119.

VII. *Timæus Andromachi filius Tauromenites,quem Athenienſes Epitimachum ab increpando vocarunt,dictus etiam Græcoſyllectiria, quod & quælibet in litteras referret: ſcripſit Italica, & Sicula lib.8. Græca, & Sicula lib.1. Compendium Rhetoricorum argumentorum lib.68.Olympionicas,ſeu Acta Chronica.Timęus veterum Hiſtoricorum peccatis graviſſimè exagitatis, in aliis quidem ſcripti partibus maximam curam veritatis habuit: in rebus autem Agathoclis ex odio pleraque ementitus eſt in principem illum,mortuum verò per Hiſtoriam conviciis inceſſit in perpetuum.* Hæc Suidas (17) mentionem etiam faciunt de noſtro Hiſtorico Timęo Cicero,[18] Plutarchus, [19] Scoliaſtes [20] Apollonii. Joſephus;[21] & ex recentioribus Fazellus,[22] Maurolicus, [23] Carolus [24] Stephanus. & Valguarnera [25]. Fuit quidem Ti-

[1] *in Cathal.or.it.* [2] *in Demoſtene.* [3] *de Rethor.* [4] *f.212.* [5] *li.9. hiſt.ani.c.38.* [6] *li.2.antiq. Sic. c.14.* [7] *li.5.Satur.c.19.* [8] *lib.2.* [9] *lib.2.hiſt.Sic.* [10] *lo.cit.li.2.in hiſtorico f.304.* [11] *dec.1.li.4.c.1.* [12] *li.5.Satur.part.19.* [13] *l.2.cont.Appion.* [14] *l.1.* (15) *l.1.de reptil.S.Script. c.16.* (16) *loc.cit.* (17) *loc.cit.col.626.* (18) *li.2.de Or.* (19) *in proem.Niciæ.* (20) *in 4.* [21] *l.2.cont.App.* (22) *dec.1.l.2.cap.3.* (23) *lib.1.hiſt.* (24) *in lexic.hiſt.col.1923.* (25) *de orig. Panorm. f.448.*

Timæus verè in ſcribendo detractor:quia Polibius [1] de ipſo loquens, dicit: *reprehendit Timęum ob maledicentiæ virus*:& Suidas [2] etiam alibi confirmat .*Timæus Hiſtoricus, Ephorum valdè inſectatus eſt, cum ipſe duobus peccatis ſit obnoxius. Vni, quod alios acerbè accuſat ob ea, quorum ipſe reus eſt; alteri, quod animo planè corrupto fuit. Hic ex patria Syracuſas venit, & Timoleontem gloriæ avidum in Sicilia, tamquam in acetabulo (ideſt vaſculo præſtigiatorum) ſe comparatum iri putaſſe illuſtriſſimis heroibus;ſeſe veró quamvis res Italicas tantùm, & Siculas deſcripſerit: iis conferendum eſſe, qui de toto terrarum orbe libros ſcripſerint (ſcilicet ſibi perſuaſerit.) Scripſit de Syria, & ejus urbibus, & Regibus libros* 3. Verùm Diodorus [3] quamvis illum de maledicentia arguat, attamen laudat ejus diligentiam in adnotandis temporibus dicens. *Timæus ſanè, & in temporum notatione exquiſitam adhibuit diligentiam; & ut varia rerum cognitione abundet, ſollicitè laborat: at propter tempeſtivas, & verboſas reprehenſiones jure etiam ipſe reprehenditur; quare ob nimiam taxandi libidinem, & acerbitatem Epytymæus, ideſt taxator,à quibuſdam nominatus eſt.* Cicero (4) etiam honorificas laudes, ei tribuit ſcribens. *Timęus longè eruditiſſimus, & rerum copia, & ſententiarum varietate, & ipſa compoſitione verborum non impolitus.*

VIII. Igitur ſcripſit Timęus Taurominites noſtrę Hiſtorię Siculę libros 8.juxtà Suidam,at juxtà Fazellum,[5]libros 20.*de reb.in Sicilia,& Italia geſtis.*Polybius[6]verò majorem numerum librorum ei tribuit,dicens:*legere libros* 40.*cōtinuò filo diſtentos,ex quibus recta ſerie percipias, & probè cognoſcas res in Italia quidem, Sicilia, & Africa geſtas indè à temporibus, in quibus deſinunt Timæi de Pirro Hiſtoriæ.* Cicero (7) etiam affirmat ſcripſiſſe res geſtas à Pirro. Atheneus citat aliquos ejus libros, & inter alios librum 22. Suidas [8] pariter laudat librum 22. & reprehendit quinque ultimos libros Hiſtorię Timæi, quia narrant geſta Agathoclis, ait Bonannus. (9) Laſcari apud Maurolicum (10)eum appellat Timothęum.& floruit juxtà Bonannum prope olympiadem 120. ante Chriſtum 296. Et verè Timæus vixit, & ſcripſit longo tempore, quia Suidas ſuprà dixit, ipſum diſceſſiſſe à Tauromenio patria, & migraſſe Syracuſas

[1] *lib.12. hiſt.* (2) *loc. cit.* [3] *lib.5. hiſt.* [4] *loc. cit.* [5] *loc. cit.* [6] *lib.3.hiſt.* [7] *lib.5. epiſt.* [8] *lib.46.* [9] *loc.cit.* [10] *loc. cit. in hiſtoric. f.30.*

ſas ſub Timoleonte Corinthio; qui juxtà Salianum olymp.123.an. 3. expulit ab illa civitate Dionyſium juniorem: & cum iſte poſtea relegatus à Sicilia fuiſſet abAgathocle pariter tyrānoSyracuſarum propter maledicam linguam, & mordacem peñnam:poſt mortem verò Agathoclis eſt regreſſus : quæ mors accidit olymp.123.an.3. ante Chriſtum 281. & poſtquam Timothæus è patria migraverat Syracuſis annis 56. Bonannus ergò rectè dixit, ipſum floruiſſe olymp. 120.

IX. *Athanas Syracuſius res à Dione geſtas hinc (hoc eſt ab anno 3. olymp.104.)exorſus, 33.Voluminibus conſcripſit:annorum tamen ſeptem Hiſtoriam , quam Philiſcus intactam reliquit , libro uno comprendit ; & res ſummatim recenſens,continuam Hiſtoriæ ſeriem effecit:* inquit Diodorus . (1) Meminit etiam hujus Hiſtorici Athanæus , (2) dicens : *Athanis lib. 1.rerum Sicularum.* Hojus (3) ei tribuit libros 27. Bonannus (4) 23. ſine dubio eſt error impreſſionis ; quia Diodorus aſſeruit, eum ſcripſiſſe 33.volumina . Mentionem etiam facit de eo Plutarchus. Sed ille Athanas , de quo meminit Laertius , qui fuit unus curatorum Stratonis Lampſaceni,eſt alius à noſtro Athana, inquit Bonannus; (5) & addit : *De tempore, in quo iſte vixit, nihil certi habeo ; verùm quia is ſcripſit de Timoleonte , Dione, & Dionyſio Minori ; conjecto , non multum diſcedere ab ætatibus ſupradictorum ,* hoc eſt Calliæ, & Timæi, ac floruiſſe circà olymp. 120.

X. *Themiſtogenes Syracuſius Hiſtoricus ſcripſit Cyri expiditionem , quæ in Xenophontis Hellenis extat ; & alia quædam de ſua Patria ,* hoc eſt de urbe Syracuſarum;inquit Suidas. [6] de eo pariter mentionem faciunt Xenophon , [7] Plutarchus , [8] Maurolicus , (9) Carolus [10] Stephanus , & Bonannus: [11] qui aſſerit, Themiſtogenem floruiſſe circà olymp.92. ante Chriſtum an.408 & optimè quidem , quia convixit cum Xenophonte Hiſtorico , & conviventibus ipſis accidit bellum inter Cyrum Minorem , & Artaxerſem Regem Perſiæ : quod bellum ambo ſcripſere, & fuit juxtà Gordonium olymp. 94. *an.*4.

XI. *Antrandus* Hiſtoricus, forſan Syracuſius;*ſcripſit geſta Agathoclis*

clis

(1) *lib.15.hiſt.* (2) *lib.3.* (3) *in hiſt.ann.Mundi* 4589. (4) *loc.cit.f.*304. (5) *loc. cit.* (6) *loc. cit. col.* 430. (7) *lib. 3.hiſt.* (8) *in opere , ſi Athenienſes claruerint plus in armis,quam in pace.* (9) *lib.1.hiſt.* (10) *in lexi.hiſt.col.*1896. (11) *loc.cit.in hiſtorico f.*298.

Digitized by Google

ctis Regis,& ſui fratris.Qui etiam fuit ductor exercituum,& Agathocle fratre pugnante in Africa; ipſi commiſſum eſt, regimen Syracuſarum: de quo meminere Diodorus, [1] Juſtinus, [2] & Paulus [3] Oroſius, qui illum appellat Andronem:& ut ait Bonannus, (4) claruit quaſi eodem tempore, ac Timæus Hiſtoricus, ſcilicet olymp.120.

XII. *Simonides lib.2.rerum Syracuſarum*:legimus apud Suidam: (5) at quas Hiſtorias Syracuſanas ſcripſerit Simonides,declarat Laertius (6) Diogenes, in vitis Philoſophorum,dicens. *Simonides Hiſtorias Dionis, Bionisque retulit*. Legimus etiam apud Rodiginum (7) hæc verba; *in libro de Sicilia Simonides*. Verùm laudatus Suidas (8) ſeptem affert Auctores nominis *Simonides*,qui omnes libros edidere: neque hic noſter Hiſtoricus fuit ille Simonides Coeus, qui Syracuſis migrans amiciſſimus fuit Hieronis Senioris, ut teſtantur Xenophorus, (9) & Cicero: [10] undè Fazellus dixit; dum Hiero ægrotabat, ſemper voluit apud ſe viros doctos, ut Simonides Cœus, Pindarus Thebanus, & Bacchilides Julita, quos attentè audiebat: non fuit inquam iſte, quia ut narrat Suidas, ille Symonides Cœus amicus Hieronis Senioris fuit Poëta Elegiacus,& Tragicus, atque obiit olymp.78. Sed noſter Simonides fuit Hiſtoricus, ſcripſit res Siciliæ, & Syracuſarum: ac vixit poſt olymp. 105. quia, ut ſuprà retulit Laertius, deſcripſit Hiſtoriam Dionis Prætoris Syracuſarum, qui Dionyſium Minorem expulit à Syracuſis,juxtà Gordonium olymp.105.

XIII. *Polycritus Sicularum rerum Scriptor*,inquit Ariſtoteles:[11]& de eodem pariter meminit Laertius; dicens: *Polycritius Mendæus in primo libro de Dionyſii rebus*. Fuit equidem iſte Hiſtoricus perantiquus,quia Ariſtoteles,qui illum laudat,juxtà Gordonium [12] fuit magiſter Alexandri Macedonis anno 2.olympiadis 109.ante Chriſtum an.338.

XIV. *Ariſtoteles* iſte princeps Scholę Peripateticę fuit etiam noſter Hiſtoricus;quia Laertius[13]afferens Catalogum operum Ariſtotelicorum;inquit dediſſe *ad Gorgiam ſcripta lib.1.& victorię Dionyſiacæ lib.1.* Theo-

(1) *lib.19.20.22. hiſt.* (2) *lib.2. hiſt.* [3] *in hiſt.* [4] *loc. cit. f.* 303. [5] *loc.cit.col.*839: [6] *lib.4. in Speuſippo.* [7] *lib.16.antiqu. lect. c.20.* (8) *loc.cit.* (9) *de nat.Deor.* (10) *dec.2.lib.1. c.4.* [11] *tom.1.de mirab. auſcult.* [12] *in Chron.* [13] *de vitis Philos.li.5.in Ariſtot.*

Digitized by Google

XV. *Theophraſtus, floret Ariſtotelis auditor, olymp.* 114. ait Euſebius:[1]Scripſit ſimiliter Theophraſtus,ut magiſter,noſtras Hiſtorias Siculas;etenim eas citans Laertius(2)in catalogo ſuorum operum cõnumerat *li.1.de Empedocle:& li.1.de Cratere, qui in Sicilia eſt.*

XVI. *Lycus, qui & Buteras Rheginus, Hiſtoricus, pater Lycophronis tragici,ſub Alexãdri ſucceſſoribus vixit,inſidiis appetitus Demetrii Phalerei; ſcripſit Hiſtoriam Libiæ, & Siciliæ.* Hactenùs Suidas. (3) Verùm Laſcari (4) eum facit civem Meſſanenſem, dicens. *Lycus, ſive Lupus latinè, qui & Buteras, Meſſenius Hiſtoricus, & Poëta,plura de Sicilia, & Lybia conſcripſit*: Idem aſſerit Aretius. (5) Fazellus (6) verò diſtinguit Lycum à Lupo; & ambos facit cives Meſſanenſes: verùm per ipſum Lycus fuit Hiſtoricus rerum Lybicarum, & Sicularum;ut dixerat Laertius: & Lupus fuit Poëta,qui cecinit res Perſij, & raptum Helenæ,juxtà Ovidium. (7) Floruit ergò hic noſter Hiſtoricus Lycus ſivè Rheginus, ſivè Meſſenius,tempore Demetrii Phalerei, ut ſuprà dixerat Suidas; qui Demetrius, ut ſcribit Gordonius, (8) fuit miſſus legatus ab Athenienſibus ad Regem Ptolemæum, anno 1.olympiadis 118.ante Chriſtum an.304.

XVII. *Archimedes de Nave Hieronis librum ſcriptum reliquit*, lego apud Lilium Giraldi (9) t.1.hiſtoriẹ Deorum in fine:floruit autem Syracuſanus Archimedes, celebris Mathematicus, juxtà Gordonium (10) olymp.136.ante Chriſtum an.232.

XVIII. *Moſchion de Nave, quam conſtruxit Hieron(Secundus)Syracuſanus, librum edidit, quem nuper attentè,& ſtudioſè legi*: inquit Athenæus. (11)De quo etiam meminit Fazellus,(12)innuens tempora,in quibus floruit. *Moſcus grammaticus, & ipſe Syracuſanus, Ariſtarchi diſcipulus, poſt Theocritum ſcripſit*, hoc eſt carmen buccolicum, addit Carolus (13) Stephanus, juxtà Suidam. Igitur floruit Moſcus Syracuſanus, Hiſtoricus, Poëta, & Grammaticus, paulò poſt Ariſtarchum, cujus fuit diſcipulus, ut dixerant Suidas, & Fazellus: Euſebius (14) autem tres affert Ariſtarchos; unum Hiſtoricum, cujus tempora tacet; alium Tragicum, & per eum floruit olymp. 122.tertiumGrammaticum,qui vixit olymp.156.& ſinè dubio noſter

[1] *in Chron. olymp.114.an.4.* [2] *loc.cit.in Theoph.* [3] *loc.cit. col.547.* [4] *apud Maurol. loc.cit.* [5] *de ſitu Siciliæ f.37.* [6] *dec.1.lib.2. cap.2.* [7] *de Ponto.* [8] *in Chron.* [9] *lib.2.de Navigijs c.7.f.580.* [10] *in Chr.* [11] *l.5.f.206.* [12] *dec.1.l.4.c.1.*[13]*in lexic.hiſt.col.1339.*[14]*in Chr.*

ſter Hiſtoricus Moſcus fuit diſcipulus hujus tertii Ariſtarchi; quia ſcripſit ſuam Buccolicam poſt Theocritum,qui ante illũ eam cecinerat,anno 1.olymp.122.juxtà Gordonium:[1]& conſequenter ipſe eam iterùm cecinit tempore ſui magiſtri Ariſtarchi tertii, qui floruit olymp.156. ante Chriſtum an. 152. & poſt Theocritum annis 60. aut 70.

XIX. *Phlegon Trallianus libertus Auguſti Cæſaris (quidam Adriani dicunt) Hiſtoricus, ſcripſit olympiades lib.6. quæ uſq; ad olymp.229. res ubique geſtas continent: eaſdem libris 8. expoſuit; deſcriptionem Siciliæ; de longævis, & admirabilibus rebus, & alia*. Ità Suidas, [2] de quo pariter meminere Maurolicus, [3] & Carolus [4] Stephanus.

XX. *Hermias Methymnæus opus ſuum de rebus Sicilienſium cum hoc anno(primo olymp.101.) terminavit 10. vel ut alii diſtinguunt 12.libris continuatum*: Scribit Diodorus; [5] additq; Athenæus. [6] *Hermias Methymnæus lib. 3. rerum Sicularum*; eſt autem Methymna civitas Gręca in inſula Lesbo, inquit Carolus [7] Stephanus.

XXI. *Diyllus rerum Sicularum ſcriptor*, invenio apud Diodorum.[8]

XXII. *Theopompus Chius,Hiſtoriæ ſuæ de geſtis Philippi 3.libros, quibus res Siculę cõplentur,texnit:exorſus autem à Dionyſii Senioris dominatu,50.annorum tempus recenſens,in exilio Dionyſii Junioris deſinit:hi libri à 41.ad 43.uſque numerantur*: hac uſque Diodorus. [9] ego autem ignorans tempora, quibus floruerint hi tres noſtri Hiſtorici Hermias,Diyllus, & Theopompus collocavi eos ante Diodorum Siculum, quia ſine dubio ſunt antiquiores Diodoro, cum ab ipſo citentur.

XXIII. *Cornelius Severus Poëta, & Declamator egregius,ſcripſit bellum Siculum, quod imperfectum reliquit importuna morte interceptus: ſi enim, ut Fabius ait, perficere potuiſſet, meritò ſibi ſecundum locum vendicaſſet.Dicitur inſuper de Ethna monte carmen compoſuiſſe;unde factum; ut poema, quod de Ethna Virgilio aſcribitur, Severo non nulli potius attribuant.Meminit de eo Seneca in li.controverſiar*:ità ſcribit Lilius[10] Giraldi: ſimiliter de eo meminere Calepinus,[11] & Carolus [12] Stephanus: additque Calepinus, Severum convixiſſe cum Aſinio Pol-

[1] *in Chron.* [2] *lo.cit.col.*430. [3] *lib.1.hiſt.Sicul.* [4] *lo.cit.col.*1896. [5] *li.15.hiſt.* [6] *lib.*10. [7] *lo.cit.col.*1312. [8] *lib.14.hiſt.* [9] *lib.16. hiſt.* [10] *de poet.& hiſt.dialog.4.f.*171. [11] *verbo.Cornel.* [12] *loc. cit. col.*718.

Digitized by Google

Pollione, qui interfuit bello Siculo, quod Auguſtus geſſit contrà Sextum Pompejum, olymp.186.ante Chriſt.an.34. & circà idem tempus credendum, Severum deſcripſiſſe idem bellum Siculum.

XXIV. *Diodorus Siculus Argyrenſis, Hiſtoricus præſtantiſſimus, qui ſub Tiberio Cæſare militavit, Hiſtoriam compoſuit li.40. quam Bibliothecam vocavit, de antiquitate Ægyptiorum, de Sicilia, & aliis Inſulis, de bello Trojano, de geſtis Alexandri, & Romanorum uſque ad ſuam ætatem; quorum ſex à Pogio Florentino traducti circumferuntur, reliqui vix inveniuntur, ego autem omnes ejus libros vidi in Bibliotheca Imperatoris Conſtantinop.* inquit Conſtantinus Laſcari Bizantinus in epiſtola ad Ferdinandum Acugnam Siciliæ Proregem apud Maurolicum. [1] Et addit Tirinus: [2] *edidit ſub Auguſto annis ante natum Chriſtum fortè 40. cujus ex 40. libris vix extant 15.*

XXV. *Doſitheus Sicularum rerum lib.3. auctor eſt;* inquit Plutarchus: [3] iſte equidem longè præceſſit ætatem ipſius Plutarchi, quia eum citat: cujus tempora ſunt ſequentia, ait Tirinus: [4] *Plutarchus Chæronenſis in Bœotia Philoſophus, atq; Hiſtoricus eloquentiſſimus, Trajani magiſter, Cornelii Taciti familiaris, ſuos libros edidit an. Chriſti* 106.

XXVI. *Appianus Alexandrinus Sophiſta Grecè ſcripſit bella civilia Romana, Syriaca, &c. ſub Hadriano Imp. an. Chriſti* 130. Refert laudatus Tirinus: [5] Hunc Appianum ſcripſiſſe etiam Hiſtoriam Siculam, idemmet aſſerit, lib. de bello [6] Hiſpanico, dicens: *quæ pro Sicilia inter Romanos, & Carthaginenſes geſta ſunt, poſtquam Romani in Siciliam trajecere, & in ea Inſula imperium uſurpare cœperunt, in Sicilienſi Hiſtoria ſumus proſecuti*: & in bello [7] Punico addit: *cæterorum, quæ Carthaginenſes in Sicilia geſſerunt, convincit Hiſtoria Sicula.*

XXVII. *Arrianus Nicomedienſis, Philoſophus, & Hiſtoriographus ſub Hadriano, & Antonino Impp. an. Chriſti* 148. *ſcripſit Epicteti magiſtri ſui diſputationes, & Hiſtoriam Alexandri Magni, & alia; de quibus conſule Gerardum Voſſium*: ſcribit idem Tirinus: [8] Atque hunc Arrianum duos libros edidiſſe Hiſtoriæ Siculę, affirmat Photius Græcus in ſua Bibliotheca, codice 93. apud Poſſevinum, [9] dicens: *Meminit (Arrianus) hoc ipſo in libro, & aliorum operum, quorum alterum quidem: Timoleontis Corinthii res in Sicilia geſtas continet; alterum verò Dionis Syracuſani, qui à Dionyſii ſecundi (qui Primi*

[1] *lib.1.hiſt.f.*18. [2] *in tom.3.in S.Script.in Indice Auctorum.* [3] *in Paral.* [4] *lo.cit.* [5] *lo.cit.* [6] *f.*255. [7] f.2. [8] *lo.cit.* [9] *t.2. BE.*

fuit filius) tyrannide liberavit; *inſuper* , *&* *à Barbaris, quos ut tyrannidem firmaret, Dionyſius eò adduxerat* .

XXVIII. *Athenæus Grammaticus ſub Antonino Imp.an.Chr.168.ſcripſit de Diphnoſophiſtis, ſeu de his, qui argutè, & ſcitè in convivio dixerunt*: inquit idem Tirinus: (1) & hìc ego attuli tempora Athenæi, non quia ipſe ſcripſerit peculiarem Hiſtoriam Siculam;ſed quia in ſuo opere duodecim noſtros Hiſtoricos citat , quorum tempora ſunt ignota ; & ſat eſt mihi , eorum antiquitatem demonſtrare lectoribus ; quod omnes ipſi antiquiores fuerint Athenæo, qui eos citat; & floruerunt ante imperium Antonini, atque ante annum Chriſti 168. in quo floruit prædictus Athenæus.

XXIX. Igitur ipſe (2) ſcribit . *Phanias libro de Tyrannis Siciliæ* ;

XXX. *Cato Sinopenſis libro de tyrannide Hieronymi* (*Syracuſani*,) inquit Athenæus : (3) eſt autem Sinopis juxtà Strabonem (4) civitas clariſſima Ponti .

XXXI. *Polemon libro de fluminibus Siciliæ*;lego apud Athenęum:(5) de quo etiam Macrobius (6) meminit apud Cluverium,(7) dicens: *Polemon in libro, qui inſcribitur de admirabilibus Siciliæ fluminibus* .

XXXII. *Hermippus libro de Gorgia*(*Leõtino*;)reperitur inAthenęo.(8)

XXXIII. *Duris lib.10.Hiſtoriæ Agathoclis ſcribit*:ait Athenæus;(9) alibi (10) iterùm citat.

XXXIV. *Silenus Calatianus l.3.de Siciliæ rebus*, ſcribit idem Athenęus:(11)fuit autem Calatis urbsThraciȩ juxtà Pliniũ,& Straboně.

XXXV. *Nymphodorus Syracuſius lib.de his,quæ in Sicilia ſunt admiratione digna*:apudAthenęum.(12)Scripſit etiam iſteNymphodorus librum de navigatione , quæ fit circà Aſiam , quem pariter citat Athenæus, (13) & affert quoddam fragmentum . Verùm Bonannus (14) advertit ; illum Nymphodorum, cujus opus dictum Erinnis laudat Natalis (15) Comes , eſſe à noſtro diverſum; neque uſque ad hanc diem potuiſſe conjectare , quo tempore noſter floruerit: Fazellus (16) ſimiliter de eo meminit.

XXXVI. *Satyrus Peripateticus in Vitis de Luxu Dionyſii Junioris Siciliæ Tyranni* ; reperitur apud Athenæum . (17)

An-

[1] *lo.cit.* [2] *li.6.fol.*232. [3] *li.6. f.*232. [4] *li.*10. [5] *li.* 7. *fol.*307. [6] *li.5.Satur.c.*19. [7] *li.2.c.8.f.*346. [8] *l.11.f.*505. [9] *li.12.f.*530. [10] *li.14.f.*618. [11] *l.12.f.*530. [12] *l.13.f.*588.[13]*l.6.*[14]*lo.cit. l.2.in hiſt.f.*304. [15] *in Mythol.* [16] *dec.1.l.1.c.6.f.*143. [17] *l.12.*

XXXVII. *Andreas Panormitanus lib.33. rerum Sicularum in oppidis memorabilium ſcribit*; idem Athenæus. (1)

XXXIII. *Phylemon in opere, quod Siculum nuncupavit*:reperio in Atheneo:(2)Fazellus(3)verò duos affert Phylemones Syracuſanos,dicens de Primo. *Phylemon Syracuſanus Alexandri Magni ætate floruit, Poëta fuit Comicus,comædiarum numerum ſuæ ætatis annis æquavit;90. Siquidem annos vixit, totidemque comædias ſcripſit.* Secundus fuit pariter Poëta Comicus, quia ſubdit. *Phylemon alter Poëta etiam Comicus, Syracuſanus fuit, quemadmodum Suidas teſtatur: hic ſupra 100. vixit annum, nullius ſenſus integritate amiſsâ.* Primus ergo Phylemon floruit ante Alexandri Magni Monarchiam Græcam, ann. 3. olymp. 112. ante Chriſtum 329. Secundus verò habet tempora pœnitùs obſcura : undè credendum eſt, aliquem iſtorum duorum Poëtarum Comicorum fuiſſe etiam Hiſtoricum, & ſcripſiſſe *Opus Siculum*, ut retulit Athenæus.

XXXIX. *CritonPieriotes,eſt autem PieriaMacedoniç oppidum,Hiſtoricus ſcripſit,Pallamnica,Syracuſarum conditionem,Perſica,Sicula,Syracuſarum deſcriptionem, & de principatu Macedonum;* inquit Suidas.(4)

XL. *Myes in compendium redegit* libros 5.Hiſtoriarũ Siciliæ,quos ſcripſit Hypis Primus noſter Hiſtoricus, ait idem Suidas : (5) Et hi duo poſtremi Scriptores rerum Sicularum, ideſt Criton,& Myes, habent multam antiquitatem, quoniam Suidas, qui illos affert, juxtà Tirinum, (6) *eſt Græcus Scriptor, Chriſtianus, & vixit temporibus Alexii Comneni, ut putat Voſſius an.Chriſti* 1081.

XLI. *Zenones octo fuerunt, Quartus Hiſtoricus,qui Pyrrhi in Italiam, & Siciliam expeditionis Hiſtoriam,& Epitomen Carthaginenſium,& Romanarum rerum ſcripſit* : lego apud Diogenem (7) Laertium.

XLII. *Hermachii Mitylenei, Epicurei Philoſophi libri pulcherrimi feruntur hi;Epiſtolica de Empedocle ec.*Scribit idem Laertius.(8)Hi duo Hiſtorici habent tẽpora mihi pœnitùs obſcura,ſicut Laertius ipſe, qui eos laudat, certè vixit poſt Trajanum, ante Conſtantinum M.

XLIII. *Nicander de Sicilia li.*10.inquit Epitomator Stephani apud Cluverium. (9)

Pro-

[1] *lib.14. f.634.* [2] *li.14. f.658.* [3] *dec.1. lib.4. c.1.* [4] *in lexico hiſt.col.*510. [5] *loc.cit. col.*421. [6] *to.3. in S.Script.in Indice Auctor.* [7] *de vitiis Philoſ.lib.7.in Zenone f.*172.*Græc.Lit.* [8] *li.10. in Epicuro f.*272. [9] *lib.1.antiq.Sicil.c.6. f.*82.

XLIV. *Proxenus de Siculis urbibus lib.*5. Lego apud eumdem Stephanum, [1] & eumdem Cluverium. [2]

XLV. *Theophilus deſcriptionis Siciliæ lib.*11. Refert idem Stephanus apud eumdem Cluverium. [3] Iſti tres Hiſtorici rerum Sicularum ſunt quidem perantiqui, hoc eſt Nicander, Proxenus, & Theophilus, quia Stephanus, qui eos citat, juxtà Tirinum [4] *floruit ſub Juſtiniano Imp. anno Chriſti* 530.

XLVI. *Heraclides Archimedis vitam ſcripſit, ut refert Eutocius initio comment.* Inquit David Rivaldus in vita Archimedis initio. Et addit Bonannus [5] hunc Eutocium fuiſſe Aſcalonitam, qui Græcis commentariis declaravit opera Archimedis de ſphæra, & cilindro; de menſura circuli, & de figuris. Ad hæc ſcribit, quod cum multi fuerint Heraclides; veretur, hunc Scriptorem vitæ Archimedis fuiſſe Heraclidem Syracuſanum, ſive Heraclidem Lembum Siculum.

XLVII. *Archimedis vitam ſcripſit Proclus Lycius*, ait Conſtantinus Laſcari de viris illuſtribus Siculis apud Maurolicum. [6]

XLVIII. *Ut auctor eſt Philoſtratus, qui vitam Gorgiæ exactè ſcripſit* Fazellus [7] ait.

XLIX. *Agathocles in cōmentariis ſuis de Officinis Vulcani*: lego apud Scholiaſtem [8] Appollonii: & ut exponit Cluverius [9] hic liber erat de Inſulis Æolicis, quæ propter ignem putabantur officinæ Vulcani, hoc eſt Hiera, hodiè Vulcanus, Strongilis, & Lipara.

L. Igitur iſte eſt Syllabus antiquorum & gravium Hiſtoricorum rerum Sicularum à me impigro labore inter varios, & vetuſtos Auctores in unum collectus; qui omnes, ni fallor, hodie ſunt deperditi, & exoptantur: quos ſi fortè fortunâ præ manibus haberemus, ingentem quidem ſtructuram Hiſtoriæ Siculæ erudito orbi commendarent. Cauſas verò lachrimabilis excidii circiter 46. noſtrorum veterum Hiſtoricorum credo plurimas eſſe: ſcilicet magnam eorum antiquitatem, recentem inventionem typographiæ, & magnam mutationem regiminis Politici, quam Sicilia paſſa eſt; nunc ſub dominio Græcorum, nunc Carthaginenſium, nunc Romanorum, nunc Vandalorum, nunc Gothorum, nunc Saracenorum, nunc Normannorum, nunc Svevorum, nunc Gallorum,

&

[1] *de urbib. in Gela.* [2] *lo. cit. l.* 1. *c.* 15. *f.* 198. [3] *lo. cit. li.* 2. *c.* 9. *f.* 343. [4] *loc. cit.* [5] *loc. cit. lib.* 2. *in Philoſophico. fol.* 337. [6] *li.* 1. *hiſt. fo.* 19. [7] *dec.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *f.* 74. [8] *in lib.* 4. *Argonat.* [9] *lib.* 2. *c. c.* 14. *fol.* 411.

& denique Hiſpanorum. Iſtæ inquam frequentes mutationes ſtatus, & regiminis in noſtro regnò peperère crudelia bella, excidia civitatum, & conſequenter incendia bibliothecarum, & archiviorum: ſicut ante me hoc ingens excidium Hiſtorię Siculæ deploravit Octavius [1] Cajetanus his verbis. *Jam verò incendia, cladeſque Siciliæ reputanti mihi nulla ſpes eſt Siculæ totius Hiſtoriæ in Sicilia nanciſcendæ: commemorarem ne, quod meminiſſe acerbiſſimum eſt, quoties Inſula ferro, flammiſque vaſtata à Vandalis, à Gotis, à Saracenis .. longo dominatu Sarracenorum per annos fermè 300. Hiſtoria Siciliæ tum ſacra, tum profana peſſum ijt. . . Poſteà verò quam Sicilia Normannorum Principum virtute Saracenicum jugum è cervicibus excuſſit ſuis, religionis Chriſtianæ majeſtas revixit, ac Hiſtoria ferales inter umbras emortuarum Urbium buſta conſedit:*

Et ideò ego ſedulo labore collegi, ac in unum faſciculum colligavi tot diſperſos Hiſtoricos rerum Sicularum, atque in ſubjecta Tabula in ordinem reduxi: ut lector unico intuitu percipiat, quantum noſtrum Regnum Siciliæ ſemper, & in omni ætate abundaverit Hiſtoricis: & forſan æquabitur quatuor Mundi Monarchiis.

CA-

(1) *in præf. Ideæ Sanctorum Siciliæ.*

CATALOGUS

ANTIQUORUM HISTORICORUM

SICILIÆ, DEPERDITORUM.

HYPIS Primus Hiſtoricus, de rebus Siculis lib. 5.
ANTIOCHUS, de Sicilienſi Hiſtoria lib. 9.
PHILISTUS, de rebus variè geſtis in Sicilia lib. 13.
PHILISTUS alius, de rebus Siculis lib. 11. & de Dionyſio lib. 6.
CALLIAS, de Agathocle lib. 10.
TIMÆUS, de rebus in Italia, Sicilia, & Africa geſtis lib. 40.
ATHANAS, de rebus à Dione geſtis volumina 33.
THEMISTOGENES, de urbe Syracuſarum.
ANTRANDUS, de geſtis Agathoclis:
SIMONIDES, de rebus Syracuſ. lib. 2. Hiſtoria Dionis, ac Bionis, & de Sicilia.
POLYCRITUS, de rebus Dionyſii.
ARISTOTELES, de victoria Dionyſiaca, & ad ſcripta Gorgiæ.
THEOPHRASTUS, de Empedocle l. 1. & de cratere, qui in Sicilia eſt.
LYCUS, de Hiſtoria Siciliæ, & Lybiæ,
ARCHIMEDES, de nave Hieronis.
MOSCHION, de Nave Hieronis.
PHLEGION, de deſcriptione Siciliæ.
HERMIAS, de rebus Sicilienſium lib. 12.
DIYLLUS, de rebus Siculis.
THEOPOMPUS, de geſtis Philippi lib. 3. in quibus res Siculas complectitur.
CORN. SEVERUS, de bello Siculo, & de Æthna monte.
DIODORI SICULI, Bibliotheca lib. 40.
DOSITHEUS, de rebus Siculis lib. 3.
APPIANUS, de Hiſtoria Sicula.
ARRIANUS, de Timoleonte, & Dione lib. 2.
PHANIAS, de Tyrannis Siciliæ.
CATO, de tyrannide Hieronis.
POLEMON, de Fluminibus admirabilibus Siciliæ.

HER-

Digitized by Google

Hermippus, de Gorgia.
Duris, de Hiſtoria Agathoclis lib. 10.
Silenus, de rebus Siciliæ lib. 3.
Nymphodorus, de his, quæ in Sicilia ſunt admiratione digna.
Satyrus, de luxu Dionyſii Junioris.
Andreas, de rebus Siculis lib. 33.
Phylemon, de opere Siculo.
Criton, de conditione Syracuſ; de deſcriptione Syracuſ. & de Siculis.
Myes, compendium lib. 5. Hiſtoriarum Siculatum Hypis Primi Hiſtorici.
Zenon, de expeditione Siciliæ.
Hermachius, epiſtolica de Empedocle.
Nicander, de Sicilia lib. 10.
Proxenus, de Siculis urbibus lib. 3.
Theophilus, de deſcriptione Siciliæ lib. 11.
Heraclides, de vita Archimedis.
Proclus, de vita Archimedis.
Philostratus, de vita Gorgiæ.
Agathocles, de officinis Vulcani.

HISTORIA SICULA
A multis antiquis, & recentioribus Scriptoribus hodiè illuſtratur.

CAP. II.

I. Nostra Historia Sicula verè magnum paſſa eſt diſpendium propter excidium 46. antiquiſſimorum, & gravium Hiſtoricorum ſuprà dictorum: nihilominus ipſa hodiè duplici fodina potitur, quæ eam faciunt locupletem, & divitem ſuprà omnes alias Hiſtorias floridorum mundi Regnorum, hoc eſt *Hiſtoriâ Græcâ, & Romanâ*. Scaturiunt in Hiſtoria Græca hodie viventes multi, & abundantes rivuli Siculæ Hiſtoriæ, quia antiquis ſæculis Siciliam incoluere Græci, & in ea multas, atq; magnas condiderunt Urbes: ac idcircò ipſa ſemper fuit conglutinata cum Monarchia Græca: & conſequenter omnes Græci Hiſtorici de Si-

ciiia frequentem, & peculiarem mentionem faciunt. Quam affinitatem cum non habuerint cum eadem Monarchia, Italia, Gallia, Hiſpania, & Germania; ob hanc cauſam Græci Scriptores de his magnis Provinciis in Hiſtoria Græca tenuem,& quaſi nullam memoriam habent. Scaturit etiam copioſa Hiſtoria Sicula ex antiqua, & Conſulari Hiſtoria Romana; non autem ità abundat in recentiori, & Imperiali. Et ratio hujus differentiæ eſt quia Sicilia cum ſit veluti Pons Italiæ, quæ ei tranſitum opportunum præſtat in Africam, Europam, & Aſiam; Scriptores rerum Romanarum, creſcente ſub Conſulibus Rep. coacti ſunt ſæpe ſępiùs de rebus Siculis in ſuis Hiſtoriis mentionem facere. Verùm cum Monarchia Romana ſtatu politico,ablatis Conſulibus,in Monarchiam mutato, ipſa jam perindè potentiſſima,pacificè dominaretur omnibus Provincijs à Mari Mediterraneo perfuſis, quando bella inſurgebant ea, gerebantur in Regionibus à Siciliâ lōgè diſtantibus.Undè Scriptores Romani temporum Imperialium,prętereuntes narrationem Provinciarum proximarum, quas Romani Imperatores in pace poſſidebant: toti erant in narrandis geſtis Imperialibus factis in bellis Provinciarum diſſitarum. Et meâ ſententiâ hæc eſt ratio; ob quam Hiſtoria Sicula, frequens, & dives reperitur in Hiſtoria antiqua, & Conſulari Romana; & è contrà eſt rara, & pauper in recentiori, & Imperiali.

II. Igitur è duobus iſtis magnis fontibus, Græcę, & Romanæ Hiſtorię, recentiores noſtri Scriptores compoſuerunt illam Siculam Hiſtoriam, quam in præſentia legimus, tam publicam totius Regni, quam privatam aliquarum civitatum. Verùm quos, & quot Hiſtoricos veteres, & recentiores hodiè Sicilia oſtentet, ſequens Catalogus palam faciet;in quo collocavi omnes noſtros Scriptores ordine temporum, & fæculorum, quibus ſcripſerunt, & opera ſua propalarunt.

ANTE CHRISTUM ANNO 68.

III. *Pompejo primum conſule Cicero Verrinas ſcribit;* inquit Gordonius: (1) in iſtis ſex Ciceronis Orationibus contrà Verrem eſt erudita Hiſtoria multarum antiquarum Siciliæ Urbium.

POST

(1) *in Chron.*

POST CHRISTUM IN II. SECULO.

IV. *Plutarchus Cheronenſis in Bœotia, Imperatoris Trajani magiſter, Libros edidit anno Chriſti* 106. ſcribit Tirinus: (1) & addit Poſſevinus: (2) *hic Dionis Syracuſani vitam ſcripſit, uti in Parallelis minoribus de Arontio in Ægeſta.*

IN III. SECULO.

V. *Auctor Hiſtoriæ Martyrii SS. Martyrum Alphii, Philadelphii, & Cyrini Græcè ſcripſit, & vixit tempore Sanctorum, aut paulò poſt: & creditur, eam compoſuiſſe B. Marcum Monachum qui fuit notus anno* 260. *& SS. Fratres paſſi ſunt circà an.* 256. *Fuit latinè translata, ultra* 100. *annos à Silveſtro Sigona*: ut refert Petrus Carrera (3) in memoriis hiſtoricis Catanæ.

IN VI. SECULO.

VI. *Anno Chriſti* 590. *Gregorius Magnus ex Diacono Cardinali poſt ſex menſes renunciatur Pontifex*: ait citatus Gordonius: (4) Scripſit S. Gregorius M. 12. libros admirabilium epiſtolarum, inter eas eſt copioſus numerus, & circà 120. quas pluribus Epiſcopis, & aliis viris illuſtribus Siciliæ miſit, quæ continent pulchram Hiſtoriam Siculam, tum ſacram, cum profanam.

IN IX. SECULO.

VII. *Chronologia, ſeu brevis Hiſtoria rerum geſtarum in Sicilia per* 200. *& plus annos Amirum, ſive Ducum Mahomettanorum; qui in ea tyrannicè regnarunt; deſumpta ex Codice Arabico univerſalis Chronologiæ, collectæ per Iſmaelem Almujadad Abulfedax, Regem Amanaæ: nunc primum ab Arabico in Latinum tràslata à Mario Dobelio Citerone, peritiſſimo profeſſore linguæ Arabicæ, à Còdice Manuſcripto Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii in Eſcurialibus.* Hæc traductio Latina originalis deportavit ex Hiſpania Panormi Antoninus Amicus Meſſanenſis, & Canonicus Panormitanus; quæ cum in meas perveniſſet manus, ego translatam è latina Lingua in Italicam, typis mandavi in 2. Parte Annalium Civitatis Panormi, in Æra 6. Saracenica: (5) & ori-

(1) *tom.3. in S. Script. in Indice Auctorum.* (2) *to.2. BB. lib.16. ſec.7. c.9.* (3) *vol.1. lib.2. c.5. fol.212.* (4) *loc. cit.* (5) *à fol.634.*

ginale latinum depoſui in Bibliotheca cujuſdam amici.

VIII. *Compendium Hiſtoriæ mortis Nicephori Imp. uſque ad Iſaacium Comnenum*, ideſt uſque ad ann. Chriſt.1057.ſub quo Imperatore ſcripſit hic Auctor, *Per Joannem Curopalatam filium Magni Drungarii oppidi in Cilicia*: nomen eſt hoc dignitatis, inquit Fazellus: [1] & addit, in Monaſterio Baſiliano Meſſanæ anno 1562. Fr.Bartholomæum Mili Priorem S. Dominici illius Civitatis, contendente per plures litteras ipſo Fazello, inter Reliquiarum argentea vaſa Sacrarij reperiſſe hunc librum Græcum Manuſcriptum, magnum, & ornatum auro valoris plus 400. ſcutorum; qui per ſex menſes exaratus, & latinè translatus,typis mandatus eſt: & ſubdit Fazellus: *In eo libro Sicilia habet veram Hiſtoriam temporis, in quo á Saracenis occupata fuit, & rerum à Maniace geſtarum.*

IX. *Theodoſii Monachi Epiſtola ad Leonem Archidiaconum de Syracuſanæ urbis expugnatione (per Sarracenos facta anno 878.) eam ex M.S. Græco Codice Bibliothecæ Monaſterii S.Salvatoris Meſſanæ latinitate donatam, licet longiuſculam, huc afferre non piget*; ait Pirrus; [2] uti de facto ipſe eam typis mandavit integram in Notitia 2.Eccleſiæ Syracuſanæ.

IN X. SECULO.

X. *Gaufredus Malaterra, Monachus S.Benedicti, de acquiſitione Regni Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ per glorioſum Principem Robertum Guiſcardum, & Fratres, libri 4. ad petitionem Principis Rogerii Trinacriæ Comitis*. Hæc Hiſtoria hodiè eſt typis mandata ſola, & ſegregata; atque etiam eſt in Tomo 3. *Hiſpaniæ illuſtratæ Francofurti 1606.*

IN XII. SECULO.

XI. *Lupi Protoſpata breve Chronicon rerum in Regno Neapolitano geſtarum ab anno 860.ad 1102.ſeu de Rogerii Comitis Siciliæ rebus,per Antonium Theatinum, Neapoli editum 1626.*

XXII. *Mauritii Monachi S.Benedicti,& Epiſcopi Catanenſis Opuſculum de reditu ſacri corporis B.Agathæ V.M.à Conſtantinopoli Catanam,anno 1026.* typis primò mandavit Pirrus [3] in Notitia 2.Eccleſiæ Catanenſis.

XIII. *Fulconis Beneventani Notarii Sacri Palatii ſub Innocentio 2. Chronicon ab anno 1102. ad 1140. ſeu de geſtis Rogerii Primi Comitis Siciliæ per Caracciolum editum.* *Ale-*

[1] *dec.2.lib.c.1.f.*380. [2] *à f.*144. [3] *f.*20.

XIV. *Alexandri Abbatis Cœleſini Cœnobii de rebus geſtis à Rogerio Siciliæ Rege libri* 4.repeririuntur in tom.3.Hiſpaniæ illuſtratæ.

XV. *Romualdi Archiep.Chronicon de rebus geſtis Rogerii, & Gulielmi Primi Regum Siciliæ*: ſæpè, & fuſius citatur à Baronio in tom.11. & integrum legitur in tom.3.Italiæ Sacræ.

XVI. *Vgonis Falcandi Hiſtoria de rebus Siculis ſub Gulielmo Primo, & Secundo Regibus, Pariſijs* 1554.

IN XIII. SECULO.

XVII. *Anonimi Caſinenſis Chronicon rerum geſtarum in Regno Neapolitano ab anno* 1000.*ad* 1212. *ſeu uſq; ad Federicum Secundum Imp. & Regem Siciliç*, editum à laudato Caracciolo.

XVIII. *Riccardi de S. Germano Chronicon ab exceſſu Gulielmi Secundi Siciliæ Regis, ſeu ab anno* 1189.*ad* 1243. *& ad eumdem Imp.& Regem Federicum*; quod reperitur in tom.3.Italiæ Sacre, Romæ 1646.

IN XV.SECULO.

XIX. *Petrus Blondus, doctor Phyſicus, in brevi tractatu* 3.*librorum de rebus memorabilibus Siciliæ, quos typis mandatos dicavit Regi Alphonſo*; inquit Octavius de Archangelo in M.S.Chronica Catanæ lib.3. prout refert Carrera [1] in memoriis hiſtoricis Catanæ & alibi [2] addit; cum Romæ eſſem anno 1636. audivi à Caſolo Giangolino, civitatis Fani,erudito litterarum profeſſore,ſe legiſſe hoc opus typis datum; idemq; confirmaſſe P.Giattinum Societatis Jeſu; qui addidit; prædictum Blondum fuiſſe Meſſanenſem.

XX. *Conſtantinus Laſcari Bizantius, qui Græcas litteras in Italia, & deindè diu Meſſanę docuit; Bembi, & multorum Meſſanenſium præceptor: is Duos Libellos è Græcis Auctoribus translatos edidit, Vnum de Calabris, Alterum de Siculis illuſtribus viris*: ſcribit Maurolicus: [3] Ipſe hos Duos libellos dicavit Alphonſo Aragonio Duci Calabriç, & leguntur typis mandati latinè apud Maurolicum loco citato, & italicè tranſlati apud Bonfilium. [4]

XXI. *Flavius Blondus de oppidis Siciliæ*: citatur à Gervaſio Tornacæo in præfatione Hiſtoriæ Falcandi.

XXII. *Raphael Volaterranus de oppidis Siciliæ*; citatur ab eodem Tornacæo eodem loco citato. IN

[1] *lib.*3.*c.*7.*f.*276. [2] *lib.*1.*c.*1.*n.* 6.*f.*12. [3] *lib.*1.*fol.*15.
[4] *p.*1.*lib.*1.*à fol.*25.

IN XVI. SECULO.

XXIII. *Jacobus Adria de Paulo, Siciliæ Protomedicus, & Poeta celeberrimus, edidit Topographiam Urbis Mazariæ, Panormi* 1516. *obiit Panormi, & in templo D. Franciſci contra portam lateralem cum epitaphio ſepultus,* inquit Pirrus (1) in Notitia 6. Eccleſiæ Mazarenſis.

XXIV. *Cl. Marius Arizzius, vir Patritius Syracuſanus, de Situ Siciliæ, Panormi* 1537.

XXV. *Fr. Thomas Fazellus ordinis Prædicatorum de rebus Siculis decades II. Panormi* 1558. Et ipſemet in præfatione teſtatur, quater, & plus Siciliam totam ſedulò permeaſſe.

XXVI. *Franciſci Maurolici Sicanarum rerum Compendium, Meſſanæ* 1662. de quo Auctore inquit Bonannus, (2) *Ipſe verè fuit parum oculatus in ſupputatione temporum*.

XXVII. *Translatio à latina in Italicam linguam Fazelli per R. P. M. Remigium Florentinum Ord. Prædic. Venetiis* 1574. & ut dicitur in præfatione ejuſdem libri ad lectorem; petente ipſomet Fazello fuit facta Translatio à Remigio.

XXVIII. *Joannis Aloyſij Lelli Deſcriptio Regii Templi Montis Regalis, Romæ* 1588.

XXIX. *Bartholomæi Carandini Deſcriptio Eccleſiæ Cephalœditanæ, Mantuæ* 1592.

XXX. *Vincentius Littara de rebus Netinis, Panormi* 1593.

XXXI. *Joſephi Carnovalis Hiſtoria de Regno Siciliæ, Neapolis* 1595.

XXXII. *Joannis Bapt. Roſæ Vita S. Angeli per Enoch Patriarcham deſcripta. Panormi* 1597.

XXXIII. *Antonii Philotei Topographia Æthnæ.* Vivebat hic Auctor anno 1536. quia vidit incendium Æthnæ eodemmet anno, ut ipſe ibidem teſtatur. Et addit Pirrus, (3) hoc opus fuiſſe translatum è latina in italicam linguam ab Orlandino, uti in ſeculo ſequenti videbitur.

XXXIV. *Petrus Bembus Cardinalis ſcripſit Dialogum de Æthna,* inquiunt Philoteus, (4) & Carrera. (5)

XXXV. *Guido Pancirolus Vitam Nicolai de Tudiſco Archiep. Panormi-*

[1] *f.* 1543. [2] *in illuſtr. Syracuſ. lib.* 2. *in Heroico f.* 352. [3] *not.* 6. *Eccl. Mazar. in Drepano f.* 556. [4] *in topogr. Æthnæ. f.* 27. [5] *loc. cit. vol.* 1.

Digitized by Google

mitani, dicti Abb.Panormit.edidit; lego apud Pirrum (1) in Notitia 1. Eccleſiæ Panormitanæ.

XXXVI. *Vincentius Barberus, Drepanenſis Poëta præclarus edidit Vitam S. Alberti ſoluta oratione*; lego apud eumdem Pirrum(2) in Notitia 6. Eccleſiæ Mazarenſis in Drepano.

XXXVII. *Balthaſſar Bernardini de Bononia edidit Familiam Bononiæ Siculam*.

XXXVIII. *Michael Rizzius de Regibus Neapolis, & Siciliæ*: lego apud Poſſevinum [3] in tom.2.BB.

XXXIX. *Matthæi Corvini Patavini Topographia Civitatis Syracuſanæ*; dicavit Joanni Cathaldo, Secretario Regni Siciliæ, tempore Caroli V. Imp.

XL. *Bernardus Rizzius de Urbis Meſſanæ pervetuſta origine, & inde ad Publ. Claudium deducta*.

XLI. *Dominici Mariæ Nigri Chorographia Siciliæ*; lego apud Perellum [4] de antiquitate Sciclis.

XLII. *Beſoldi Hiſtoria Regum Siculorum*; reperitur in bibliotheca D. Vincentii Tortoreti.

XLIII. *Scipionis de Caſtro Monita ad Marc. Antonium Columnam Proregem*, in quibus loquitur de poteſtate, & modo gubernandi Proregum Siciliæ; quæ ſunt typis mandata, & inſita in quodam libro, cujus eſt titulus, Theſaurus Politicus; inquit Bonfilius [5] in Hiſtoria Siciliæ.

XLIV. *Petrus Bolanus Philoſophus, & Medicus Phyſicus, compoſuit diſcurſum de Ætna linguâ Italicâ*; inquit Carrera, (6) & addit, Auctorem ſcripſiſſe anno 1588.

XLV. *Scipio Portius Catanenſis, de Æthna*; lego apud eumdem Carreram. (7)

XLVI. *Chriſtophorus Scánellus, aliàs dictus Cæcus Forlivenſis*, Coſmographus, & Scriptor Italicus non multæ auctoritatis, vixit temporibus noſtrorum Avorum, compoſuit *Deſcriptionem Siciliæ*; inquit Bonannus. (8) Additque Carrera, (9) ſcripſiſſe etiam *Chronicam Siciliæ*, quæ paritèr citatur à Bonanno. (10)

Lu-

[1] *f.164.* [2] *fol.555.* [3] *lib.16. ſect.7. cap.9. fol.461.* [4] *fol.11.* [5] *p.1.lib.1.fol.39.* [6] *loc.cit.vol.1.lib.2.c.2.fol.173.* [7] *lo.cit.f.162.* [8] *in illuſtr.Syracuſ.lib.2.fol.305.* [9] *loc.cit.vol.2. lib.2.cap.2.f.151.* [10] *loc.cit.f.249.*

Digitized by Google

XLVII. *Lucius Scobar de Claris Syracuſanis*: ſcribit Bonannus [1] loc. cit. in extero.

XLVIII. *Chriſtophorus Scobar in Chatalogis illuſtrium Syracuſanorum* citat idem Bonannus. [2]

IN XVII. ET IN XVIII. SECULO.

IL. *Octavius Cajetanus Syracuſanus, Societatis Jeſu, de Natali S. Nymphæ, & Acta ejuſdem Sanctæ V. & M. Panormi 1604.*

L. *Joſephi Bonfilij, & Conſtantij Pars 1. & 2. Hiſtoriæ Siciliæ; Venetiis* 1604. Scripſit Italicè.

LI. *Leonardus Orlandinus Drepanenſis U. J. D. Canonicus Regius, & Vicarius Generalis ſub Archiep. Panormit. Merulla, edidit (Italicè) Deſcriptionem Drepani ſuæ patriæ, Panormi* 1605. Inquit Pirrus [3] in Notitia 6. Eccleſiæ Mazarienſis de Drepano; & addit, *Tipographiam Antonii Philotei de Homodeis tranſtulit in Italicum idioma, impreſſ. Pan.* 1611.

LII. *Joſephi Bonfilij, & Conſtantij Meſſana urbs nobiliſſima, Venetijs* 1606. Scripſit Italicè.

LIII. *Philippi Parutę Sicilia antiqua deſcripta cum Numiſmatibus, Panormi* 1612. Scripſit Italicè.

LIV. *Agathinus Caſtiglionius S. T. D. & Canonicus Leontinus edidit Romę* 1612. *Acta Sanctorum Leontinorum, ac Officia cujuſcumque Sancti Leontini à Paulo V. P. M. approbata*; inquit Pirrus [4] in Notitia 2. Ecleſiæ Syracuſanæ, in Leontino.

LV. *Vincentij Mirabellæ Deſcriptio Iconis antiquarum Syracuſarum; Neapolis* 1613. ſcripſit Italicè.

LVI. *Joſephi Bonfilii, & Conſtantii Pars Tertia Hiſtoriæ Siciliæ; Meſſanæ* 1613. Scripſit Italice.

LVII. *Mariani Valguarneræ Diſcurſus de origine, & antiquitate Panormi, Panormi* 1614. Scripſit Italicè.

LVIII. *Octavij Cajetani Soc. Jeſu. Idęa operis de Vitis Siculorum Sanctorum, Panormi* 1617.

LIX. *Uberti Goltzii Sicilia; & Magna Græcia to. 4. Antuerpiæ* 1617.

LX. *Georgius Polaccus de Triplici Translatione corporis S. Luciæ V. Venetijs* 1617. Scripſit Italicè.

LXI. *Philippi Cluverii Sicilia antiqua, item Sardinia, & Corſica; Lugdu-*

[1] *lib. 2. fol.* 251. [2] *loc. & fol. cit.* [3] *fol.* 556. [4] *fol.* 240.

Lugduni Batavorum 1619. De hoc Auctore hæc narrat Bonannus [1] in illuſtrata Syracuſa: *Ipſe fuit in Sicilia, & ſpatio unius anni iter confecit pedibus 700. milliarium littoralium, quia eſt circuitus noſtræ Inſulæ, ejus interiores partes minimè luſtravit. Nulli ſe notum dedit, neque participem fecit ullum ſui colendi ſtatuti: undè nimium ſibi adſcribens, in ſtultas, & præcipites erupit deciſiones.*

LXII. *Melchioris Inchofer Soc. Jeſu Epiſtolæ B.V. Mariæ ad Meſſanenſes veritas vendicata, Meſſanæ* 1619.

LXIII. *Jo: Petri Marchiſi brevis diſcurſus verarum qualitatum Meſſanæ, Ibidem* 1622. Scripſit Italicè.

LXIV. *Georgij Gualterij Siciliæ, & objacentium Inſularum Tabulæ; Meſſanæ.* 1624. Addit Carrera [2] in Memorijs hiſtoricis Catanæ. *Gualterius juvenis Germanus, ætatis quaſi annorum 25. apparuit in Sicilia anno 1621. cum ſtatuto colligendi antiquas regionis Inſcriptiones, & Latinas, & Græcas: non fuit locus, ad quem bis, & ter non acceſſit, & poſt multa incommoda, ubi bonum numerum collegit, Panormum adivit, & ibi à Nobilibus ſuffragatus, & adjutus, anno* 1624. *typis mandavit opus, ſuis declarationibus auctum. Poſteà propter aliqua diſſidia, quæ ei acciderunt, ut ipſemet in epiſtola ad lectorem innuit, cum editio eſſet in fine, opus remanſit imperfectum. Undè Germanus diſcedens ab illa Civitate, deliberavit opus reaſſumere Meſſanæ: ubi benignè receptus, rem ex voluntate habuit, & typis dedit librum anno* 1625. *Perindè parvam diligentiam adhibuit in tranſcribendis Inſcriptionibus, fuit etiam infidus, detorquens ſcripturarum ſenſum ſuo arbitratu. Quapropter cum opus ſuum iterùm Meſſanæ typis mandaretur, in qua urbe tunc ego eram; pluries audivi à Simeone Verlio, adoleſcente officioſo, & uno ex illis, qui operam dabant typo Petri Breæ, in characteribus componendis, lapides Gualterii, in quibus erant inciſæ Inſcriptiones in horam mutari, & propter variationem tam facilem, frequenter ridiculas contentiones oriri ſolitas.* Hæc, & alia plura Carrera contrà Gualterium exprobat; quia 13. urbis Catanæ Inſcriptiones Ille, ut ſuſpectas, & ſuppoſititias rejecit; & plures ex M. S. Hiſtoria Catanæ Octavij Archangeli inventas prodidit; ut ipſemet Carrera teſtatur. Gualterij infelicem necem idem his memorat verbis. *Cum ipſe per tranſitum eſſet Syracuſis, ubi venerat è Melita, in quam Inſulam navigarat animo dono dandi Magno Magiſtro ſuum librum, cui dicaverat: ubi etiam*

[1] *lib.* 1. *fl.* 100. [2] *vol.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *fol.* 297.

quinque Triremes Equitum Sancti Joannis erant, curioſitate adactus, & naturali imprudentiâ, aſcendit in Triremes, ut videret certamen, ſeu potiùs certam victoriam; quia Melitenſes erant parati ad aggrediendum ſex Triremes Uticæ, vulgò Biſertæ, jam proximas, quæ littora Syracuſani maris radebant: crudeli prælio, die Jovis 26. Junij 1625. ferociter congreſſæ, tandem apud Barbaros victoria ſtetit, & duarum è noſtris Triremibus præda. Gualterius magno amicorum mærore, glande ignita occubuit, & in mare fuit ejectus. De eo noſtra Muſa ſic lachrymatur.

Edidit infauſto Gualtherius omine librum,
Vipereum in Patris per fera bella necem.
Qui claris Inſcripta Viris, tumuloſque negavit,
Proh dolor! huic fato tumba negata fuit.

Tot maledicta conjicit in mortuum Carrera.

LXV. *Jacobi Bonanni, & Columnæ Antiqua Syracuſa, Meſſanæ 1624.* Sed de hoc libro apud eumdem Carreram [1] ſequentia verba lego in Memoriis Hiſtoricis Catanæ. *Ego in antiqua illuſtrata Syracuſa; Opus, quod mihi placuit dare typis ſub alio nomine, quàm meo.* Et alibi [2] pœnitentia ductus tot conviciorum in Mirabellam projectorum, in Amicum cauſam rejecit, dicens. *Confiteor dictum Opus Illuſtratæ Syracuſæ acriter, & cum ſupervacanea venia contra Mirabellam, & alios eſſe: quod non meâ cauſâ evenit, ſed Jacobi Bonanni. & Columnæ, Ducis Montis Albani, qui Auctor libri inſcribitur: quique illam ſcripturam jocis ornatam voluit. Ego, ut amicum, & compatrem obſequerer, non ſolum Titulum, & ſubſtantiam Operis ceſſi, verum etiam ijs fimbrijs exornavi, quas ipſe petiit.* Scripſit Italicè.

LXVI. *Rocci Pirri Abbatis Netini Notitiæ Sicilienſium Eccleſiarum Archiepiſcopalium Panormit. Meſſanen. & Montis Regalenſis: & de Epiſcopatibus Siciliæ, qui perierant. Panormi 1630.*

LXVII. *Franciſcus Baronius, & Manfredus de Majeſtate Panormitana lib. 4. Panor. 1630.*

LXVIII. *Marius Pace Melitenſis, Soc. Jeſu, de Antiquitate Calatabieronis, Civitatis Siciliæ. Neapoli 1631.* Scripſit Italicè.

LXIX. *Rocci Pirri Abbatis Netini Sicilia Sacra, in qua Epiſcopatuum nunc florentium, ac eorum Diœceſium Notitiæ traduntur: & de Prioratu Domus Hoſpitalis Hieroſolymitani S. Jo. Bapt. Meſſanenſis. Panor. 1638.*

Pe-

[1] *vol. 1. l. 1. c. 1. n. 1. f. 8.* [2] *loc. cit. l. 4. f. 410.*

Digitized by Google

LXX. *Petri Carreræ Militellenſis Sacerdotis Volumen Primum Memoriarum Hiſtoricarum; Catanæ. Ibidem* 1639. Scripſit Italicè.

LXXI. *Antonij Amici Meſſanenſis,& Canonici Panormit.Chronologia Proregum Siciliæ, Panormi* 1640. Scripſit Hiſpanicè.

LXXII. *Auctoris Anonimi Mercurius Panormeus,ſeù Admiralius (novus Prorex Siciliæ) Panormi receptus, Panormi* 1641. Scripſit Italicè.

LXXIII. *Franciſcus Baronius, & Manfredus de Antiquo Syracuſarum Archiepiſcopatu judicium. Panormi* 1641.

LXXIV. *Joannis Bapt. de Groſſis Catanenſis Decbacordum Catanenſe. Catanæ* 1642.

LXXV. *Rocci Pirri Abbatis Netini Chronologia Regum Siciliæ; Panormi* 1643.

LXXVI. *P. Joannes Bapt. Chriſtodorus, Minor Conventualis De Vita B.Gerardi. Panormi* 1644. Scripſit Italicè.

LXXVII. *P.Placidi Samperi Meſſanenſis Societatis Jeſu Iconologia B. Virginis Matris Dei. Meſſanæ* 1644.

LXXVIII. *D. Franciſci Baronij, & Manfredi Panormus Glorioſus. Panormi* 1645. Scripſit Italicè.

LXXIX. *D. Philadelphi Mugnos Leontinenſis, Hiſtoricę Notitiæ Veſperis Siculi. Panormi* 1645. Scripſit Italicè.

LXXX. *D.Philadelphi Mugnos Pars* 1. *Thetri Geneologici Familiarum Nobilium Siciliæ. Panormi* 1647. Scripſit Italicè.

LXXXI. *D.Rocci Pirri Abbatis Netini Siciliæ Sacræ lib.*4. *Pars* 2. *in qua Sicilienſium Abbatiarum; & Prioratuum Ordinis Benedictini Notitiæ proponuntur. Panormi* 1649.

LXXXII. *D.Auguſtini Inveges Saccenſis Pars* 1. *Annalium Panormitanorum, quæ inſcribitur Panormus Antiquus. Panormi* 1649. Scripſit Italicè.

LXXXIII. *D.Auguſtini Inveges Saccenſis, Carthago Sicula,hodiè Caccamum,&* 14 *Nobiles Familię,quę in eo dominatę ſunt.Panormi* 1650. Scripſit Italicè.

LXXXIV. *D.Auguſtini Inveges Saccenſis Pars* 2. *Annalium Panormitanorum, quę inſcribitur Panormus Sacer.Panor.* 1650.Scripſit Italicè.

LXXXV. *D.Auguſtini Inveges Saccenſis Pars* 3. *Annalium Panormitanorum, quę inſcribitur Panormus Nobilis. Panormi* 1651. Scripſit Italicè.

LXXXVI. *P.Jordanus Caſcina Soc. Jeſu, De S.Roſalia Virgine Eremi-*

Digitized by Google

micola Panormitana . Panormi 1651. Scripſit Italicè .

LXXXVII. *Auctoris Anonimi Declaratio Arcus Triumphalis , erecti Panormi in receptione Ducis Infantadi novi Proregis , Panormi* 1652. Scripſit Italicè .

LXXXVIII. *P. Joannis Pauli Chiaranda Societatis Jeſu Platia Civitas Siciliæ Antiqua, Nova , Sacra, & Nobilis: Meſſanæ* 1654. Scripſit Italicè .

LXXXIX. *Comitis Majolini Biſaccioni Hiſtoria bellorum Civilium iſtorum temporum noviſſimorum* : in qua quartò collòcat *Accidentia Panormi. Venetiis* 1655. Scripſit Italicè .

XC. *P. Octavij Cajetani Syracuſani, Societ. Jeſu Tomus Primus , & Secundus Vitarum Sanctorum Siculorum ex antiquis Græcis , & Latinis, & ut plurimum ex M.S. Codicibus non dum editis collectæ, aut ſcriptæ; digeſtæ juxtà ſeriem annorum Chriſtianæ Epochæ, & Animadverſionibus illuſtratæ . Opus poſthumum, & diu expectatum, Panormi* 1657.

XCI. *Philippus Gothus, De Inventione S.Placidi , & Sociorum*: legò apud Pirrum (1) in Notitia 3.Abbatiarum S. Benedicti .

XCII. *D.Petrus Carrera citat ſuum opus De Æthna*:in Memorijs(2) Hiſtoricis Catanæ .

Lector nota , quod in temporibus poſt annum 1654. multi Recentiores Hiſtorici plures eruditas Hiſtorias ad res Siculas attinentes edidere; qui in præſenti Catalogo non adnotantur; quia ad manus meas non pervenerunt: & ex 80.iſtis recentioribus Scriptoribus , qui in hoc Catalogo referuntur , pauciſſimi Sarracenam ætatem ſuperant, & pauci Normannam attingunt : Quapropter noſtra Sicilia res ſuas antiquiſſimas antè , & poſt natum Chriſtum uſq;ad Normannos geſtas inter veteres Poetas , & Hiſtoricos Græcos, Latinosq; diſperſas colligere, & ſimul componere cogitur .

(+)

De

[1] *fol.*244. [2] *vol.*1.*lib.*1.*cap.*3.*fol.*37.

DE MANVSCRIPTA HISTORIA SICILIÆ.
CAP. III.

I. NOſtra SICILIA præter copioſam, & divitem ſuam Hiſtoriam *Impreſſam*, pariter etiam à multis, & eruditis *Manuſcriptis* illuſtratur; quæ in præſentia per manus Eruditorum verſantur: & ſæpè ſæpiùs ab illis in ſuis libris editis laudantur. Quare de hac *Manuſcripta Hiſtoria Sicula, tum antiqua, cum recentiori* curioſam collectionem elaboravi, & hic in calce Opuſculi dare volui; monitum te faciens, quod non eſt meum, quaſcumque M.SS. Hiſtorias Siculas hic adducere, quia eſſet immenſus labor, ſed ſolum illa Manuſcripta, quæ ab Auctoribus citantur; quare ſemper poſt M.SS. laudabo Auctorem, qui illud citat.

II. *Annales Siciliæ* reperio frequenter citatos à Mario (1) Aretio de ſitu Inſulæ Siciliæ, Fazello, [2] Maurolico, [3] Bonfilio, [4] e Ciaconio [5] tom. 1. Pontif.& Cardin. Exiſtimo, eos eſſe Hiſtoriam Latinam M.S. Anonimi de rebus Friderici, Corradi, & Manfredi: quam ego legi,& de qua ſcribit Ciaconius, [6] *Anonimus de rebus Siciliæ in BB. Vaticana.*

III. Bonfilius[7]inquit,*in antiquiſſimo libro ſcripto Græca Lingua,cui titulus: Praxis ton Baſilion, leguntur res à Meſſanenſibus geſta in obſequiū Arcadij Imp.*& de eodem M.SS.Græco meminit Maurolicus[8]

IV. Petrus Carrera in fine Voluminis Primi Memoriarum Hiſtoriarum Catanæ refert 65. Epiſtolas Diodori Siculi, de quibus hæc habet verba [9] *Num iſte Diodorus ſit idem, qui Hiſtorias ſcripſit, an alius pariter Siculus, mihi eſt incertum: & forſan eſſe poteſt, iſtum nequaquam Siculum, ſed exterum fuiſſe: & ita fortè judicatus, quia notiſſimum eſt nomen Diodori Siculi.* Et in Adnotationibus [10] dubitat, num fortè fuerit Theocritus Orator, quoniam de eo hæc inquit Suidas. *Theocritus Chius Orator Metrodori Iſocratici ſcripſit Chrias, adverſatus eſt autem Theopompo Hiſtorico, extat ejus Hiſtoria Lybica, & admirabiles Epiſtolæ.* Undè infert Carrera, *Epiſtolæ admirabiles fortaſſis poſſunt eſſe eædem, quæ Diodoro attribuuntur: hinc nomen Theo-* chri-

[1] *fol.*28.& 30. [2] *dec.*1. [3] *lib.*3.*hiſt.f.*87. [4] *li.*4.*hiſt.Sicil.f.*155. [5] *f.*980. & 993. [6] *loc.cit.fol.*596. & 651. [7] *loc.cit.lib.*4.*f.*141. [8] *lib.*3.*fol.*80. [9] *li.*1.*c.*2.*n.*6. *f.*11. [10] *fol.* 492.

*chriti vitio tranſcriptorum , ſeu impreſſorum facile in illud Diodori abductum eſt.*Verùm poſtea inchoatam ſuam narrationem,reaſſumens dicit. *Hæ Epiſtolæ à ſuo Auctore Græcè ſcriptæ, translatæ fuerunt in linguam Latinam à Beſſarione cruditiſſimo Græco, & Cardinali, qui floruit an.* 1470. *Eaſdem tranſtulit è Latino in Italicum idioma Ocha ius Archangelus impiger Scriptor; & è numero ipſarum Epiſtolarum tranſcripſit, & tranſtulit illas, quæ faciunt ad res Siculas, & præcipuè Catanenſes*. Et alibi [1] addit, *Iſtæ Epiſtolæ diebus noſtris non reperiuntur in noſtris regionibus Græcè ſcriptæ; neq; illæ translatæ in Latinum à Cardinali; ſed ſolùm hodie illæ leguntur Italicè translatæ ab Archangelo in duobus Voluminibus M.S. quæ in publico Archivio Senatus Catanenſis ſervantur.* Ad hæc alibi [2] iterum reſcribit. *Cùm eſſem Romæ anno 1636. quamvis extraordinariam poſuerim diligentiam in procurandis prædictis Epiſtolis, non potui eas invenire.* Nec tamen deſtitit Carrera pœnè omnes vetuſtiſſimas Memorias Hiſtoricas Catanę ab ipſo allatas lib. 1. Voluminis 1. ſuper has Epiſtolas fundare. Unde Ego quadam die Panormi cùm eſſem in domo D. Petri de Gregorio, Miniſtri Regij primarij benè merentis de Catana, illum in hęc verba audivi loquentem. Cum typis mandaretur Opus Carreræ, ipſum Catanæ fuiſſe,& in eam ſententiam ſemper ſtetiſſe; Notitias Civitatis tam celebris in Græca, & Romana Hiſtoria malè publicandas iri, innixas tantum Epiſtolis Mundo etiam ignotis, & novis.

V. Hiſtoria Sarracenorum Sicilię, reperitur in Bibliotheca Academiæ Catabrenſis in Anglia inter libros, qui fuerant Thomę Ergenei, quæ Arabicè ſcripta ſic inſcribitur. *Saijdi Felij Banicij Patriarchæ Alexandrini liber de rebus Siciliæ poſtquam capta eſt à Sarracenis in* 4. Ita affirmat in quadam ſua epiſtola Abbas D. Martinus la Farina, quam ſcripſit D. Aloyſio Fratri Madriti 13. Novembris 1630. Et ego apud Fazellum in Tabula Auctorum citatorum reperio *Annales Saracenos.*

VI. *Gulielmus Apulienſis, floruit ſub Urbano II. circa an.* 1080. *Scripſit Poëma Heroicum Latinum de Sicilia liberata à Saracenis,quod manibus plurimorum M.S. teritur, & ego laudavi in p. 3. Annal. Panormitan. fol.* 70.

VII. *Petrus Ranzanus Ordinis Prædicatorum Epiſc. Nucerenſis floruit*

[1] *in Adnot. cit.* [2] *lib. 1. & 2. n. 6. fol.* 12.

runt ſub Rege Alphonſo, & ſcripſit de Ædificatione Panormi; ait Pirrus [1] in Notitia 1. Eccleſiæ Panormitanæ: quem libellum M. S. laudant etiam Fazellus, [2] & Valguarnera; [3] ac ego hoc M.SS. autographum legi totum, & ſæpius cito in 1. Parte Annalium Panormitanorum, ac hodie aſſervatur in BB. D. Aloyſij la Farina.

VIII. *Auctor Anonimus, qui deſcribit res à Gallis, & Aragonenſibus geſtas in Sicilia per eventum Veſperis Siculi: hoc Opus M.S. apud Abb. D. Martinum la Farina aſſervatur*: inquit Carrera. [4]

IX. *Joannes Spatafora ſcriptor illorum temporum*, hoc eſt an. 1254. ſub Innocentio II. lego apud Ciaconium: [5] & addit Pirrus (6) *ſcripſit Annales*: & forſan ſunt illi Annales Siciliæ M.SS. apud Auctores adeo celebres, de quibus ſupra meminimus.

X. *Bartholomæus Nicaſtrus Meſſanenſis*, ſcripſit Hiſtoriam Siciliæ, ut idem Pirrus (7) aſſerit; quæ etiam à Surita (8) laudatur.

XI. *Nicolaus Spetialis Netinus, Prorex Siciliæ, litteris tradidit Hiſtoriam Siculam ad ſua tempora 1444. quæ M.SS. plurimorum manibus Panormi teritur. Obijt Neti an. 1444. 13. Februarij*: ſcribit Pirrus (9) in Notitia 2. Eccl. Syracuſanæ in Neto; & addit Carrera (10) in Memorijs Hiſtoricis Catanæ, *quædam antiqua Hiſtoria latina M.SS. ab hinc 300. annis, & plus; quæ agit de rebus Siciliæ à me incerto Auctori attributa; ſed ab alijs Petro, vel Nicolao Spetiali*.

XII. *F. Matthæus Silvagius Catanenſis, Minorita, ſcripſit librum de incendijs Æthnæ*, refert Carrera; (11) addit Bonannus, (12) *etiam ſcripſit de Sicilia, & Syracuſa*: & ſubdit Pirrus, (13) *atque de tribus Peregrinis*: quod ultimum M. SS. opus citatur à Barone (14) de Majeſtate Panormitana, quia in eo agitur de rebus Siculis. *Floruit 1490.* Scribit citatus Pirrus (15) & fuit Fazelli contemporaneus, addit Bonannus (16).

XII. *Simeon de Leontino Scriptor 300. annorum retro*, ſeu ſicuti alibi idem aſſerit, *Confeſſarius Regis Fiderici II. Aragonenſis, ſi non eruditè, tolerabilis tamen juxta qualitatem illius ſæculi ſcripſit Chronicam latinam Siciliæ; & tranſtulit è latina lingua in Siculam, quæ agit*

(1) *fol. 55.* (2) *dec. 1. lib. 9. c. 1.* (3) *de origine Panor. f. 447.* (4) *loc. cit. li. 2. cap. 2. f. 155.* (5) *to. 1. f. 708.* (6) *in Chro. Regum Sic. f. 57. & 60.* (7) *Chron. f. 59.* (8) *li. 4. c. 13.* (9) *f. 125.* (10) *vol. 1. lib. 2. c. 7. fol. 220.* (11) *loc cit. f. 153. & 156.* (12) *in illuſt. Syrac. li. 1. in Ortigiam fol. 29.* (13) *in Not. 1. Eccl. Catan. f. 94.* (14) *lib. 2.* (15 & 16) *locis cit.*

agit de geſtis Comitis Rogerii ; & hodie aſſervatur M. SS. apud D. Jo: Baptiſtam de Groſſis Canonicum Cathedralis Catanæ . Ita refert Carrera (1) Et ego magnopere miror , quomodo hunc omiſerit Pirrus inter Scriptores Leontinos .

XIII. *P. Athanaſius de Jacio ann.* 1295. *Scripſit Lingua Sicula adventum Regis Jacobi Catinæ, qui fuit* 1287 .*cujus Originale aſſervatur in Monaſterio veteri S.Nicolai Patrum Benedictinorum* ; refert idem Carrera (2) in Additamento .

XIV. *Petrus Pavone, ſcripſit Martyrium S.Agathæ , & Senatui Catanenſi dicavit an.* 1569. ut refert idem Auctor . (3)

XV. *Jo:Franciſcus Pugnator, longum ſcripſit diſcurſum de nomine Senatus , quo utitur Panormus, qui Manuſcriptus vagat* ; inquit Hieronymus (4) Branci de privil. Urbis Panormi .

XVI. *Pius de Conventibus Siciliæ* : lego apud Pirrum (5)

XVII. *F.Petrus Diſcordanus,ſeu Calzorarius Catanenſis,Benedictinus, ſcripſit de Viris illuſtribus Catanenſibus* . Inquit idem Pirrus (6) in Notitia 1. Eccleſ. Catanenſ.

XVIII. *Joannes de Paternione Catanenſis, Archiep.Panormit.* 1486. *Allegationes de Primatu Eccleſiæ Panormit. eleganter ſcripſit* : inquit Pirrus. (7)

XIX. *P. Ferdinandus de Paternione Catanenſis Soc. Jeſu, ſcripſit de Regibus Siciliæ ad Philippum II.* ait idem Pirrus . (8)

XX. *Joſeph Saijdi Platienſis , Medicus , ac de antiquitate benemeritiſſimus,ejus M.SS.an.*1595.*de antiqua Platia,& de translatione B.Virginis apud Doctorem Medicum Antoninum Pizutum Plat. legi;* teſtatur idem Pirrus (9)

XXI. Silveſter Maurolicus Meſſanenſis , & Abbas Monaſterij Ciſtercienſis S. Mariæ de Roccamadore in lib.2. Oceani Religionum (10) aſſerit , ſe ſcripſiſſe *De Viris illuſtribus Siculis , atque de Sanctis claris, & martyrio coronatis in Regno Siciliæ* .

XXII. *Philippus Paruta in ſuis M.SS.* Inquit Carrera ; (11) hæc autem M. SS. Parutæ ſunt plurima , & ego Panormi dum Annales Panormitanos elucubrarem , aliquot legi .

XXIII. *B.Conradi Placentini Eremitæ Vitam ſcripſerunt tres Auctores*

(1) *loc.cit.li.*2. *c.*2.*f.*134. (2) *fol.*508. (3) *loc.cit. lib.*3.*c.*12. *fol.* 300. (4) *f.* 105. (5) *in Chron.f.*85. (6) *f.* 95. (7) *loc.cit.f.*94. (8) *lo.cit. f.*95. (9) *loc.cit.f.*105. (10) *f.*151. [11] *loc.cit.f.*155.

res Netini, Antonius Binetus proſâ Italicâ, Hieronymus Pugliſius verſu Italico, Vincentius Littara latinè ſub finem hiſtoriæ Netinæ, Lucius Darinæus lib.5.epiſt. Petrus Daria Campus, Canonicus Placentinus, de Vita B. Corradi : ita affirmat Pirrus. (1)

XXIV. *Petrus Pipi Netinus V.J.D. Poëta; ſcripſit de Æthnæ incendio*; inquit idem Auctor. (2)

XXV. *Joannes Datus Netinus, antiquitatis ſtudioſus appellatus à Fazello, quem vidit, & alloquutus eſt ; de geſtis Daniacis ſcripſit*, reperio apud eumdem Pirrum (3)

XXVI. *Octavius Archangelus Catanenſis, ſcripſit Chronicam Catanæ, quæ tum ex autographo, cum ex tranſcriptoribus in duobus magnis Voluminibus comprehenſa aſſervatur inter gratiores ſcripturas Senatus Catanenſis, & in fine primi Voluminis ſunt Epiſtolæ Diodori ab ipſo translatæ è Latino in Italicum* : ita enarrat Carrera ; (4) & alibi (5) addit ; *ego novi eum primis annis mei ſacerdotij, cum quo non mediocrem familiaritatem habui.* De eodem etiam meminit Pirrus. (6)

XXVII. *F. Antonius Malfus, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, Saccenſis ; ſcripſit Hiſtoriam Siculam*, inquit Pirrus (7) in Notitia 3. Eccleſiæ Agrigentinæ in Sacca .

XXVIII. *F. Angelus Galeotus, Ord. Fratrum de Obſervantia à Sacca, ſcripſit quatuor Volumina de Univerſo Orbe, de Monarchia Mundi, & de antiquis Familijs Siculis ; quæ autographa vidi apud Leonardum Miraglia*, ſcribit idem Pirrus . [8]

XXIX. *Antonius Philotheus Homodeus* in ſua Topographia Æthnę de ſeipſo teſtatur : [9] *Cum diu mentis ardor nos tenuiſſet, Trinacriæ Chorographiam, ac Regnum, & Siculorum Hiſtorias ex probatis Auctoribus compilare, idque pluribus librorum Voluminibus ad finem optatum tandem, annuente Deo, perducere* . Et alibi (10) ſubdit, *ut in Hiſtorijs diximus* .

XXX. *F. Franciſcus Ferrerius in ſuo Diverſorio Siciliæ pervetuſti M.SS. apud Manfredum Manfrè* ; ſcribit Pirrus [11] in Sicilia Sacra lib.4. p.2. de Abbatijs S.Benedicti .

XXXI. *Laurentius Bolanus Philoſophus, & Medicus Catanenſis celebris, floruit ætate præterita, ſcripſit librum M. SS. latinè de magnificis* ope-

I

[1] *in Notit.2.Syrac. in Neto f.215.* [2] *loc.cit.f.227.* [3] *lo.& fol.cit.* [4] *loc.cit.lib.1.c.1.n.5.f.11.* [5] *lib.3.f.263.* [6] *in Not.1.Catan. f.95.* [7] *f.339.* [8] *loc.& fol.cit.* [9] *fol.2.* [10] *loc.cit.f.33.* [11] *fol.159.*

operibus Catanæ, *qui oſſervatur apud D. Hieronymum ejus filium*; teſtatur Carrera;(1) & de eodem Auctore meminit Pirrus,(2)quem *virum eruditum* appellat.

XXXII. *F.Franciſcus Vita Polintius Franciſcanus, & Pactenſis, ſcripſit de Civitate Pactarum, olim Tyudaris, claruit maximè in Concilio Triden.* ait Pirrus (3) in Notitia 4.Eccleſiæ Pactenſis.

XXXIII. *Bernardus Reira V. J. D. Drepanenſis, ſcripſit duo magna Volumina de Hæreticis, probavitque in Sicilia nunquam Hæreſiarcam extitiſſe, & de Hiſtoria Sicula; quæ extant apud Collegium Societ.Jeſu Panormit.* teſtatur Pirrus [4] in Notitia 6.Eccl.Mazarenſis.

XXXIV. *D. Joannes Ancona, Montis Drepani, ſeu S.Juliani Orator, & Poëta, de Hiſtoria S.Alberti, obijt* 1593. refert idem Auctor [5] loco citato.

XXXV. *Petrus Cannizzarus, V. J. D. Montis Drepani, ſcripſit de Eccleſijs Panormi, obijt* 1640. ait Pirrus, [6] & ego agnovi Auctorem, atque ejus M.SS. originale totum legi, ac ſæpe in meis Annalibus Panormitanis laudo.

XXXVI. *D.Joſeph Carnovalius* in ſua Hiſtoria Siciliæ ſeipſum citans [7] ait: *in meo M.SS. de Familijs Siciliæ*.

XXXVII. *Anonimi Hiſtoria M.SS. Latina, quæ incipit à rebus Comitis Rogerij, & finem habet uſque ad Regem Alphonſum, eſt apud D.Jo: Bapt.Paternò, Canonicum Catanæ*; inquit Carrera. [8]

XXXVIII. *Quidam in Vita Regis Friderici II.*Scribit idem Carrera: [9] quam Vitam etiam citat Fazellus. [10]

XXXIX. *Vincentius Littara, Netinus, ſcripſit Hiſtorias pertinentes ad Siciliam*; inquit Bonannus [11] in illuſtrata Syracuſa; Pirrus (12) autem exponit, quas Hiſtorias Siculas ſcripſerit Littara dicens. *Vincentius Littara S. T. D. magiſter meus, quæ edidit his carminibus complexus eſt Franciſcus Joanthomaſius in ejus vita: obijt Agrigenti 5. nonas Maij* 1602.

Ille

[1] *loc.cit.lib.*1.*c.*3.*fol.*37. [2] *in Notit.*1.*Catanen.fol.*95. [3] *fol.*421.
[4] *fol.* 556. [5] *fol.* 569. (6) *loc. & fol. cit.* [7] *lib.* 2. *fol.* 197.
[8] *loc.cit. lib.*2. *cap* 2. *fol.*157. [9] *loc.cit. lib.*2. *cap.*2. *fol.*156.
[10] *dec.*1.*lib.*2.*c.*4.*fol.*154. [11] *lib.*2.*in Ortigia fol.*28. [12] *in Not.* 2. *Syr.c.f.*228.

Ille ego, qui quondam latia modulatus avena,
Grammaticæ, Accentus Dethodos, Complura Notanda,
Antidotum, Logices, Canonum, Phyſiceſq; Libellos,
Dogmata Rhetorices, Aquilam felicis Orethi,
Ennenſis Cereris, Patriæ monumenta Neenæ
Gratum opus ingenij, at nunc cæleſtis Athletæ
Inclita Conradi.

Et adde etiam de Primatu Eccleſiæ Panormitanæ.

XL. *Leonardus Alberti Bononienſis, vixit ætate Caroli V. Imp. & Fazelli, ſcripſit Deſcriptionem Siciliæ, & fuit in Inſula*, teſtatur Bonannus; [1] & idem opus à Baronio de Majeſtate Panormitana laudatur.

XLI. *F. Michael de Platia, Ordinis Minorum de Obſervantia, ſcripſit Hiſtoriam Siculam ſub Friderico Rege 3. ea M.SS. manibus plurimorum teritur; & nos in noſtris Notitijs ſæpe laudavimus*: inquit Pirrus [2] in Notitia 1. Catanenſi in Platia, & alibi [3] citat ejus *M.SS. Chronicon de rebus Siculis.*

XLII. *Vitus Sorba Drepanenſis Sacerdos, vir eruditiſſimus, & Poëta eximius, conſcripſit Poema eroicum de Sicilia liberata à Comite Rogerio*; aſſerit idem Pirrus [4] in Notitia 6. Mazarenſi in Drepano.

XLIII. *Antonius Cordicis compoſuit Hiſtoriam Civitatis Montis S. Juliani, quæ extat apud Antonium Palmam Montenſem*, ſcribit idem Auctor [5] in eadem Notitia in Monte Drepani.

XLIV. *Jo. Jacobus de Adria Siciliæ Prothomedicus, & Poeta celeberrimus Mazarienſis, ſcripſit Typographiam Mazariæ impreſ. Panormi 1516. de Valle Mazariæ ad Hectorem Pignatellum Proregem, lib. de laudibus Mazariæ, & de Balneis Siculis*: teſtatur idem Pirrus [6] in eadem Not. in Mazaria.

XLV. *Callimachus Monſviridis, Mazarienſis, ſcripſit de laudibus Siciliæ*: idem ibidem [7] qui in margine aſſerit, ſe hoc habere ex Adria de Viris illuſtribus Mazariæ.

XLVI. *Nicolaus Antonius de Fridericis, Mazarienſis Sacerdos, compoſuit Selinuntem illuſtratam: extat apud Centorbium*, teſtatur ibidem Pirrus. [8]

XLVII. *Vincentius Barbarus Drepanenſis, doctiſſimus in Græco, & Latino idiomate, Poëta præclarus; edidit Vitam S. Alberti ſoluta oratione.* Orlandinus [9] & Pirrus. [10] I 2 *V. J D.*

[1] *loc. cit. fol.* 88. [2] *f.* 105. [3] *in Chron. f.* 73. [4] *fol.* 556. [5] *fol. cit.* [6] *f.* 543. [7] *f. cit.* [8] *f. cit.* [9] *in Drepan. f.* 50. [10] *fol.* 555.

Digitized by Google

XLVIII. *V.J.D. Joſeph Centorbi Mazarienſis,antiquis monumentis, & Hiſtorijs præditus quamplurima de rebus Siculis aſſerunt, & diligenti ſtudio diſponit ; de cujus eruditione meminit Marius Cutellius* [1] *in cod.rerum Sicularum ad leges Jacobi Regis:* inquit Pirrus [2]

XLIX. Inter Scriptores M.S.Hiſtoriæ Siculæ non eſt omittendus *D.Antoninus de Amico Meſſanenſis,& Canonicus Panorm.*vir eruditus & de antiquitate Sicula benemeritiſſimus; quia Panormi moriens reliquit D.Vincentio Turtureti plura magna Volumina plena Regijs Privilegijs , & Epiſtolis ad res Siculas pertinentes ; quorum ego vidi, & legi Duo: unum inſcriptum, *Monumenta Panormitanorum*, quod ſecum attulit navigans in Hiſpaniam P. Joſephus Spucces Soc.Jeſu: alterum inſcriptum,*Monumenta Nortmannorum,Suevorum, & Gallorum*, quod hodie aſſervatur apud BB.D.Aloyſiij la Farina, Marchionis Madoniæ ; & utrumque à me laudatur in par.3. meorum Annalium Panormitanorum .

L. Multa alia M.S. Hiſtoriæ Siculæ hodie teruntur per manus Eruditorum; verùm ego illa pauca huc in unum faſciculum collegi, & colligavi; quia legens varios Auctores, apud illos reperi citata . Et ut paucis verbis recapitulemdicta , concluudendum , noſtram Siculam Hiſtoriam inter celebriores Mundi, & Regnorum Hiſtorias poſt Hebraicam Antiquitatis , & Dignitatis gloriâ præferri ; tum quia ſuas res incipit adnotare ab antiquiſſimis temporibus , & ab eodem anno Noëtici diluvij ; tum etiam , quia ejus Primus Scriptor , & Hiſtoricus Hypis præcedit tempora omnium Hiſtoricorum. Ipſa pariter eſt Hiſtoria locuples, & dives Scriptorum tam Antiquorum , quam Recentiorum . Et licet vix aliquis nobis remaneat de permultis Antiquis ; refici tamen ex parte damnum poteſt ex Hiſtoricis Græcis , & Latinis , in quibus plurima de Rebus Siculis leguntur . Recentiorum Authorum quidem abundat , qui Eam illuſtrant Notitiis tum impreſſis , tum exaratis .

AD

[1] *c. 25.n.2.* [2] *Not.cit.in Mazar. f.544.*

Digitized by Google

AD DISSERTATIONEM

DE DIGNITATE

HISTORIÆ SICULÆ,

EXTEMPORANEÆ, OBSERVATIONES, ET AUCTARIUM.

Ad Sectionis Primæ Caput Primum.

§. I. HISTORIA INQUIT M.TULLIUS ETC. *Auctoribus, qui univerſales Hiſtorias contexuerunt, magnam cuncti mortales ut gratiam referant, par eſt: quod ſuis laboribus comunis vitæ ſocietatem juvare honeſtiſsimâ contentione ſtuduerunt. &c.* In Proæmio, quod totum omninò videre juvabit, Siculæ Hiſtoriæ Encomium exordiatur Siculus Diodorus. Ille in primo limine elaboratiſſimæ ſuæ Bibliothecæ (utinam nunquam fuiſſet ab ætate direpta) dum de Hiſtoriâ in genere diſſerit, ſuos Populares Siculos, quibus peculiarem locum in ea aſſignavit, de Hiſtoriæ utilitate edocere voluiſſe pro certo haberi poteſt. Qui alios Hiſtoriæ cælebres Præcones audire deſiderant, adeant inter Multos: Voſpiſcum in Probo Imp. in proœm. & in cap. 2. . . Junium in Queſt. Polit. P.II. qu. 61. . . Polybii, Titi Livii, Nicetæ Coniatis, Nicephori Gregoræ, Simocattæ, & plurimorum aliorum Hiſtoricorum Proœmia. Ipſorum item eruditos Commentatores. Quin etiam (ſed non ſine Poſſevini Animadverſionibus) legant, ſi lubet, Chytreum lib. de Hiſtoricorum lectione. . . Pezelium in Orat. de Hiſtoriar. fructu. . . Riccobonum in Comm. de Hiſt. . . . Bodinum in Methodo Hiſt. . . Wagnerum in Inſtit. Hiſt.lib.1.cap.13. & 14. . . . Heinſium Orat. de Hiſt. præſtantiâ, & dignitate. . . . Jo: Alſtedium Encyclop. To.4.cap.1.Libri 30. . . . Juſtum Lipſium Doctr. Civil. lib. 1. cap. 9. . . . Jo: Chokierum Theſaur. Polit. lib. 2. cap. 19. Rudolphum Godofr.Knichen in Operis Polit. proœm. Th.IV. §.2. . . . Max.Tyrium Diſſertat. 12. . . . Thom. Garzonium in Emporio Univ.Diſc. 38. . . . Et præcipuè Sebaſt. Foxium de Inſtit. Hiſtoriæ. & innu-

Digitized by Google

numeros alios; de *Magiſtrâ enim vitæ, & Nunciâ vetuſtatis*, ut cum Cicerone eloquamur, (*l. 2. de Orat. c. 9.*) quis unquam ſine laude, aut meminit, aut ſcripſit ?

§. Eodem. Cunctæ Gentes studuerunt habere suos scriptores. Hominis enim immortalis Animus deſpicit poſt hanc vitam in tenebris, & ſilentio verſari, & omnes actiones ejus deſinere, & interire. Mens propterea æternitatis capax & cupida, etiam in hac terra ad immortalitatem aſpirans, invenit Pyramides, Obeliſcos, Manſolæa, Statuas, Trophæa, alia Monumenta, quibus roboris aut ingenii facinora in hominum memoriâ perm anerent. Nec novum Romanorum inventum, Imagines Majorum fuerunt, & victoriarum Spolia affixa poſtibus, & in atriis Domorum. Ante eos Aegyptii, & Aethiopes condita ſcheleta, aut cerea Simulachra; & Barbari Belgæ & Galatæ (Langobardos, & Americanos adde) hoſtium capita, & buſta, præ foribus ædinm, & ſuper Conviviorum menſas, ad oſtentandam gloriam, affigebant, & deportabant. [*Ex Tiraquello ſuper Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 24. & aliis.*

Pervani, Mexicani, Canadenſes, cæterique Occidentales Indi, nè præteritarum Rerum notitia deſtituerentur, nodoſis funiculis, coloribus, figuris, aliiſque inventis memorabilia conſervant [*Joſeph Acoſta Hiſt. Natur. Ind. lib. 6. cap. 2. & 3. Herrerara, & alii*] Ea Monumenta filiis ad fortitudinis imitationem a Parentibus commoſtrata, Hiſtoriæ originem dederunt ; & etiamnum in plurimis Populis munus, & ſimilitudinem complent.

Ibid. Ut videre est ap. Ant. Possevinum. Et ap. Laur. Bejerlink in Th. Vitæ hum. in voce Hiſtoria.... & ap. Jo: Bodinum, loco cit. .... Georg. Draudium Bibl. Claſſica de Hiſt. ... Ant. Foreſtum To. 1. Mappæ M. Hiſt.

§. II. Persica et Sinensis. Addi poſſet Americana; noviſſima quidem omnium, locuples tamen jucundarum narrationum, quæ delectare ſimul, & juvare poſſunt.

§. III. ante finem. Principium Grææ Historiæ ab Ægialeo. Altiori initio exordiri rectè poterit a primo tranſitu Pelaſgorum in Græciam, qui paulò poſt Linguarum confuſionem, eam terram incoluerunt, ut luculenter, & eruditè probat Marianus Valguarnera. *In Antiquitate Panormi a pag. 389.*

§. IV. Navigatio Noe in Italiam reprobatur. Non caret tamen

men ſuis eximiis Fautoribus contraria opinio. Non ſemel pro ea ſtat doctiſſimus Kircherius. In ultimo capite Arcæ Noë ſic ait. *Ipſe met, uti ex prophanis authoribus patet, relictâ Armeniâ, aſſumptis ſecum Japhet, filiiſque, Gomero, & Nepotibus Aſchenez, Riphat, Togorma, ac reliquis Javani filiis, primum in Græciam, quæ ab eo poſtea Jonia dicta fuit, movit, deinde ulterius in terram Kittim, quam omnes tum ſacri, tum prophani Geographi Italiam dicunt, ibi Regionem habitatoribus adhuc expertem incoluit, ibi primus Rex & dominator, multiplicatis per filios nepoteſque poſteris, cultum unius Dei eos docuit, & ſcientias, & artes vitæ humanæ neceſſarias &c.* Hoc idem prius ipſe Author copiosè cap. 2. partis 1. Latii antiqui & Novi probaverat ex Juſtino Mart. in Apol. Tertull. de Pallio. Clem. Alexādr. in protreptico; & ex Rabinis quorum verba affert. Item in Obeliſco Pamphilio lib. 2. c. 1. & Oedipo Ægyptiaco To. 1. Ejuſdem opinionis ſunt Edmundus Dikchinſonus in Diatriba de Noë in Italiam adventu, poſt Delphos Phœnicizantes. Leander Alberti in deſcriptione Italiæ, & alii, quos hic recenſere ſuperfluum. Non inde venit inchoandam eſſe hiſtoriam Italicam a nativitate Noë; quia hac prærogativâ pariter gaudent cunctæ hiſtoriæ; omnes enim de Noë ſucceſſoribus agunt.

Ibidem. CETHIM ITALORUM PARENTEM. Mordicus a Cluverio contradicitur. *Falſum,* (inquit) *eſſe cenſeo, quod poſtea in ſæculo ſemibarbaro Chriſtiani ſcriptores ex ſacris libris Cethim Javanis filium huc* (in Italiam) *perveniſſe tradiderunt*. Quod multis argumentis probare conatur; concludit tandem : *Maneat igitur illa ſententia, Cethiorum nomine intellexiſſe Hebræos Græciam, ac Macedoniam, non verò Italiam.* Quam rectè ſit prolata ſententia ipſe videat. Contra ipſum certè ſtant omnes Sacræ Script. Interpretes, & antiqui Chronologi, quos hic adducere deſiſto. Legendus item hic veniret Samuelis Bocharti Phalegh lib. 3. cap. 5. qui per Cethim & Cyprios, & alios Mediterranei Inſulares, præcipuè Italos interpretandos oſtendit. Paulus verò Merula P. prima Coſmographiæ generalis lib. 3. cap. 14. varias concilians interpretationes, per Chettim ait accipi debere non tantum Javani tertium filium, ſed ab eo deſcendentes; quia non tantum Italiam, ſed & Cyprum, & Macedoniam incoluerunt: unde apud Hebræos hoc nomen omnes traſmarinas Gentes ſignificare videtur.

§. V.

§. V. Dynastias Ægyptiorum. De his Ægyptiorum Dynaſtiis, & de eorum hiſtoriæ antiquitate legendus omninò Erudititiſſimus P. Athanaſius Kircherius, abſtruſioris Antiquitatis diligentiſſimus perſcrutator. Ipſe in primo Tomo Oedipi Ægyptiaci, Opus admirabile, editum anno 1675. Chronologicam Ægypti hiſtoriam ante Diluvianam contexit, & exhibet. Eam ſi noſter Inveges habuiſſet, quãdo improbare non poſſet;ut ſuæ inhæreret aſſertioni de Hiſtoriæ Siculæ antiquiori ævo, ad comunem & antiquiorem receptam opinionem, non facile reiiciendam, confugere neceſſum fuiſſet. Item de Ægyptiorum antiquitate Pomponius Mela lib. 1. cap. 9. *Ipſi vetuſtiſsimi ut prædicant hominum*, 330. *Reges ante Amaſim & ſupra 13. millia annorum ætatis certis Annalibus referunt. Mandatumque litteris ſervant, dum Ægyptii ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe ſidera; ac Solem bis occidiſſe unde oritur.* Hæc mendaciorum portenta ab Herodoto accepit; quibus non impar eſt illud ultimum: *Vigintimilli a Urbium Amaſi regnante habitarunt.* Cogitet quis num Europa tot enumeret Urbes, & Oppida.

§. VI. Scythica Historia. Ingenita omnium Populorum ambitio fuit jactari ſe ob nobilitatem originis. Scytharum Gens, inoſpita, & barbariem undique ſpirans, hac etiam Philautiâ ſubducta, ut de antiquitare Ægyptios æquaret, ſi ſuperare non poſſet, ad fabulas, ut illi, confugere non erubuit. Quid faciant imperio natæ, & cultu civili expolitæ Nationes, Itali, Galli, Hiſpani, Brittanni, cæterique ultimò, in Europa Populi Boreales? De iſtis poſtea. Nunc de Scythis ſubjungi poteſt quæ ſcribit Strabo lib. 11. longè poſt init. *Poſt Caucaſi montem Scythæ habitant. Veteres Græcorum Scriptores univerſas Gentes ſeptentrionales Scytharum & Celtoſcytharum nomine affecerunt. ... Eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Arimaſpas, Sacas, & Maſſagetas appellarunt.* Herodotus lib. 4. initio, & Theopompi epithomator Juſtinus lib. 2. cap. 5. Eorum gloriam demetunt, cum oriundos a ſervis faciunt, & Græcorum decus adaugere volentes, denominatos a Scythe, filio Herculis ſcribunt.

Ibid. Montanus vult a Magog progenitos. Secus eſt quod probabilius oſtendit Bochartus in Phaleg lib. 3. a cap. 8. ad 13. a Gomero cum tribus filiis Aſcenez, Riphat, ac Togorma Populos Septentrionales Aſiaticos, & Europæos oriri: qui omnes Scythę ab Hi-

Hiſtoricis vocantur. Bocarto conſentit Philippus Cluverius, qui Scythas Europęos ab Aſcenez progenitos aſſerit, a quibus Illyrii, Germani, Galli, Hiſpani, Brittanni;quem vide in Germania antiqua,lib. 1. a cap.4. ad 9. Ophmannus quoque in Lexico, voce Scytha,ait ex Ugonis Grotij Hiſtoriâ Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, &c. *Neque pudere Germanos poteſt originis Scythicę*, &c. In Chronico Alexandrino tres Ævi antiquioris diſtinctiones ponuntur: Barbariſmus ab Adamo uſque ad Diluvium; quod nullo Mortales certo Duce, vitę nullâ comuni lege viverent. Scythiſmus a Noëmi ævo cæpit, duravitque ad Turris Babyloniæ molitionem, & poſt illam pauciś aliquot annis. Poſtea Hebraiſmus, & Gręciſmus &c.

Ibid. Montes Ararat. De hoc Monte, vide quæ abundè collegit inſignis Polyhiſtor P. Kircherius in Arca Noë lib. 3. par. 2. cap. 4. Et de Arcæ requie ſuper ipſum: ibidem par. 1. cap. 1.

§. VII. Historia Chaldaica. Apud Raderum in Prolegomenis ad Chronicon Alexandrinum videre eſt ſeriem decem Regum Chaldæorum, qui ante Diluvium extiterunt, quos Chronici auctor putat fuiſſe Gigantes illos de quibus Geneſ. 6. 4. eorum nomina ſunt 1. Alorus. 2. Alaſparus, aut Alaparus, vel Alparus. 3. Amilon. 4. Amanon. 5. Metalarus. 6. Daorus. 7. Ædorachus. 8. Amphis. 9. Otiortes. 10. Xixuthrus. Ex Apocriphis.

Ibid. Ante Diluvium neque Chaldæi, neque Ægyptii erant. Hoc negat P. Kircherius, ut ſuprà dictum eſt, & ſeriem Regum Ægyptiorum, qui fuerunt ante Diluvium exhibet. Et licet non plenam fidem hujuſmodi Chronologiæ adhibendam judicet, Ægypti tamen Regiones a Cham filio Noë, & aliis hominibus, etiã ante Diluvium inhabitatas affirmat, in To. 1. Oedipi Ægyptiaci cap. 9. & 10.

§. VIII. Cimmeriam, seu Cimbricam, hodie Germanam Gentem. De Goropio judicium Scaligeri approbat Joannes Cardinalis Bona in Notitiâ Authorum præmiſsâ Tractatui de Cœleſti Pſalmodia: *quod Goropius in ſuo libro nihil aliud oſtenderit, quam ſibi otiũ ſuperfuiſſe, quo abuteretur ad levia Ingenii oblectanda.* Nullius fidei, propter nimiam ſui fiduciam, dignus Author; & qui meritò vapulet,majori indignatione eruditorum, quam ab ipſo plurios impetitur Annius Viterbienſis, fabularum conſarcinator, quas ſub

nomine Beroſi,Methaſthenis &c.venditavit.Eruditus tamen & multæ lectionis fuit Annius & forſan inſectantium aculea evaſiſſet, ſi ſcripſiſſet in ſæculo minus oculato. Hoc ſanè bonum Reip. litterariæ attulit,quod decipi ſe ab Inghiramino ejus ſectatore,& ab alijs ſimilis audaciæ de ſolitis mendaciis edocta ; non permiſit.

Ibid. GOMER. Jam ſupra dictum eſt,a Cluverio lib. 1. a cap. 4. ad 9.Germaniæ veteris: probari , a Gomer ejuſque filiis Aſcenez, Riphat, & Togorma ortos non tantum ſcythas, & cum eis Germanos, ſed & Hiſpanos, Gallos , & Brittannos , quod utique noſter Inveges.

§. IX. HISPANICA HISTORIA. Verba P. Marianæ, acris judicii ſcriptoris, ſunt hæc. *Tubal ad extremum occaſum ablegatus,Hiſpanorum gentem , & regnum primis illis temporibus , rudique adhuc ſæculo conſtituit. Unde excellentes bello paceque Viri ab omni memoria prodierunt , bonorum omnium copia extitit ampla ad ſcribendum materia, ob rerum multitudinem & varietatem ; ſcriptorum tamen inopia , qui res Hiſpaniæ per ſe præclaras ipſi illuſtrarent. Provocavit hæc ipſa penuria quoſdam quidem ut poëticis fabulis , quam incorruptæ hiſtoriæ propriora memoriæ propagarent.*Non tolerandum Roderici Archiep. Tolet. Rer. Hiſpan. Chron. lib. 1. c. 3. Nominis Celtiberorum Ethimon, quod deducit a Tubal: Cetubeles, quaſi Cetus Tubal , Unius latini Idiomatis voces attendentem redarguit Lucanus , *Pharſal. lib.* 14.

...... Profugique a Gente vetuſtâ
Gallorum Celtæ, miſcentes nomen Iberis,

Et Silius Italicus de bello Pun. lib. 3.

Venère & Celtæ ſociati nomen Iberis

Bochartus in Phalegh. lib. 3. cap. 6. Galatas & Celtas, eoſdem eſſe ait qui & Galli a Chelta voce Chaldæa , ideſt flavos dictos. Itemque Iberos ex eadem lingua,quaſi extremos,quia in extremo terræ poſiti, vocatos affirmat in Canaan de Coloniis Phænicum lib. 1. cap. 35. Heſperiæ nomen a Stella,longè poſterius a primis illis colonis . Solus Cluverius ab hac comuni opinione diſſentit, dum Hiſpanos non a Tubal,ſed a Gomer,& filiis oriundos,ut ſupra dictum eſt, opinatur.

§. X. GALLICÆ HISTORIÆ. Non Ilij tantum excidium , ſed , & Nationum plurimarum gloria, ex Equo Trojano prodierunt. Nec plu-

plurimum ſplendoris oſtentare putant cultiores Populi, niſi a flammis incenſæ Trojæ lumen accipiant. Trojanorum Coloniam inter primas cum Aceſte habuit noſtra Sicilia, & ut cum cæteris Cretenſem, Enetam, Italicam omittam, etiam Franci ab Antenore Priami filio, & Sociis ortos gloriantur. Quis crederet inveniri qui ſcribat Turcas etiam, incertæ Originis Barbaros, quibus ex Dei iraſcentis juſtis Decretis, Chriſtianorum peccata Numen fecère, ex Trojanorum ſtirpe derivatos,? Hugo de S. Victore in Chronico, a Priami Nepotibus, Francione Hectoris filio Francos ſuper Danubium; a Turco Troili filio Turcas in Scythia denominatos ſuadere conatur avidos mirabilium auditionum. Beniamin Tudelenſis pluries in ſuo Itinerario, pro Turcis Filios Togormæ denominat, quod faciunt plures alii Turcarum Rerum ſcriptores; & benè, ſic oriundos a Scythis Aſiaticis indicare volentes. Diſcernere profectò debemus Francos a Gallis. Hi, qui Duce Brenno Romam incederunt, poſt 333. circiter annos per Cæſarem ſubacti. Illi qui Honorio Romanum Imperium Regente, (an ruinis obtritum ſpectante?) è Septentrionali Belgii parte in Gallias ſub Pharamundo Rege irrumpentes, ſuper ſubjugatos populos Francicum nomen obfirmarunt. De amborum origine præ omnibus audiendus diſertiſſimus, & ſententiis floridus P. Joannes Buſſieres; Ipſe Hiſtoriæ Francicæ lib. 1. §. 1. Gallorum confines potius, & facinora, quam originem, utpote obſcuram, deſcribit. De Francis verò ſic ait §. 2. *Non placet, quod Poëtæ noſtri arripuerunt, arceſſere Francos per Aſtianactem filium Hectoris* [per Antenorem Priami filium, omnes] *cui Francionis nomen comminiſcuntur, quem auctum ſociis Trojâ deducunt ad Paludem Meotidem, ibique condentem urbem Sicambriam, unde incunabula Gentis ferociſſimæ, & appellatio; quæ deinde in Germaniam, mox in Galliam penetrans, extinctam in parentibus gloriam ſuſcitarit in poſteris. Quaſi Romanorum Æmuli, & victores in iiſdem cunis naſci voluerint; & parum ſit geſtis eſſe nobiles, niſi & ortu ſint.*

Primus, qui hanc Francorum effinxit originem Hunibaldus fuit, mendax, & ineptiſſimus Poëta, Chlodovæo Francorum Regi Synchronus. Receperunt tamen unanimiter, ut gloriæ cupidis conſonam, hanc fabulam omnes antiqui Rerum Francicarum ſcriptores: Joannes Pariſienſis, Hugo de Sancto Victore, Sigebertus, Franci-

 ſcus

ſcus de Roſieres, & alii plurimi uſque ad Trithemium. Reiiciunt Hermannus Comes Nuenarius in Diſſertatione de origine Francorum. Hadrianus Junius Bataviæ ſuæ cap. 9. Scaliger etiam de emendatione temporis l. 4. & alii plurimi, cum Voſſio de Hiſtoricis latinis lib. 2. cap. 22. in fine; cujus judicium eſt: *Propterea Hunibaldus eo loco habendus, quo Beroſus Annii, & ejuſdem farinæ nugatores.* Noviſſimè Brietius: *Francos*, ait cum Cluverio antiqu. German. lib. 3. c. 20. *Non longius vocãdos, quam ab ipſis Germanis.&c.* A Germanis igitur Gallorum, ſicuti & Francorum origo, & conſequenter a Gomero & filiis ortos concedere debemus. Neque ab alio progenitos dicimus, niſi a Gomero, Phryges ſecundum Bocartum in Phalegh lib. 3. cap. 8. ſi unquam aſſentiri volumus Trojanæ eorum jam reprobatæ origini.

§. XI. Historiæ Sinarum. P. Philippus Couplet Belga Soc. Jeſu, Sinenſis Miſſionis in Urbem Procurator, edidit ex autenticis illius amplæ Monarchiæ notitiis Tabulam Chronologicam Imperatorum, & præcipuorum eventuum Gentis Sinicæ. Prodiit impreſſa Pariſiis anno 1686. poſt Confucii, ſeu Sinarum Philophiam: In præfatione ſic exorditur. *Qui Annales Sinarum conſcripſerunt, omnes ferè ab eo, qui Imperii Conditor fuit, Fohi dictus, ordiuntur: hic autem cæpit imperare anno ante Chriſtum 2952.* [eſt annus Mundi 1101. ſecundum computa Saliani 555. ante Diluvium, & 44. vitæ Noë. Sed ſecũdum Uſſerii Chronologiam, quam pœnè omnes moderni, & ſingulariter Gallici ſcriptores ſequuntur, annus eſt Mundi 1052. & quatuor annis ante ortum Noë] *Quæ verò nonnulli Hiſtoricorum commemorant ante dicta Fohis tempora contigiſſe, pleræque ut apocrypha, nulliuſque fidei, ab ipſis quoque Sinicis Interpretibus, & gravioribus Hiſtoricis reijciuntur. . . Auctor magnorum Annalium, qui 150. ferè voluminibus conſtant, tametſi & referat quæ ante Fohi tempora contigerunt, nolle tamen his a quopiam fidem adhiberi, ſatis innuit cum dicit: ſe quidem non credere omnibus, quæ non alio quam famæ popularis ejuſque variæ teſtimonio de remotiſsimis illis temporibus ad poſterorum aures pervenerunt: adeoque non eſſe ſibi dubium quin ordiri debeant hiſtoriam ab ipſo Fohi Conditore ſcriptores omnes.*

P. Daniel Bartolus, clariſſimus eruditione, & eloquentia, in Hiſtoria Apoſtolicarum Miſſionum, quas ſuſceperunt, & ſuſtinent Patres Societatis Jeſu inter Sinenſes, libro primo de moribus, & ri-

ritibus eorumdem Populorum luculenter præfatur. Quando de ipſorum ſtudiis, & ſcientiis Lectorem docet, Hiſtoriam Sinenſium aſſerit per multa centena voluminum dilatari, & numerare ſupra duas, & quadraginta Chiliades Annorum. Tam diſtans tamen ævum reiici, affirmat, a doctioribus, in recenſendis Temporum Epochis, accuratiùs proſpicientibus. Patris Joannis Adamoſcialis, ejuſdem inclitæ, & omniſciæ Societatis Solertiam poſtea exponit. Ille animadvertens ſignanter connotatum in Hiſtoriis Sinicis aſpectum duarum fixarum Stellarum, Imperante Rege, & legislatore Jao, qui Aſtronomiæ peritus ordinavit Annum per 12. Menſes Lunares, cum intercalari 19. annorum; ex cognito Siſtemate prædictorum Phænomenum, revolutionum calcula inde deducens, invenit regnaſſe Jao, ſi ſequamur vulgatæ editionis Sacræ Scripturæ Hebraicum exemplar, octogeſimo anno ante Diluvium, ſi verò 70. Interpretum eligamus traductionem, 84. anno poſt Mundi Catachlyſmum. Initium regni Jao, qui fuit ſextus, ſeu potius tertius decimus a Fohi, Sinicæ Gentis conditore, ponitur a ſupra laudato P. Couplet anno ante Chriſtum 2438. qui per Uſſerium eſt Mundi 1566. & 90. ante Diluvium; unde apparet 10. anno Regni Jao obſervatos prædictorum Aſtrorum aſpectus.

Non defuerunt Novatores, qui nimiùm creduli Sinenſium Annalibus, cũ fabuloſâ eorum antiquitate ad juſtum computum redigere (ut ipſi dicunt) Sacræ Scripturæ Chronologiam conati ſunt. Contra apertum errorem indignatus doctiſſimus Vallemontius In elementis hiſtoriæ P. 5. c. 2. temeritatis delirio mederi ſatagit, ſupponens pro celebri Fohi, accepiſſe Sinenſes Hiſtorici Patriarcham Noë, primum renovati Mundi Gentium omnium parentem, dum utriuſque conveniunt antiquitas, & geſta, in Sacro Textu, & in Sinentium Traditionibus. Parum nihilominus Sinenſibus juvabunt & Fohi, & Noë ad ſibi aſſerendum Hiſtoriæ primatum, dum non a communi Mortalium Progenitore, ſed a particulari Gentis Patre antiquitas petenda eſt, quam antiquioribus Seris ſeu Sinenſibus; & Orientalioris plagæ incolis, ut affirmat Georgius Hornius in P. 1. Arcæ Noë, dedit unus ex tredecim filiis Jectan, in quinta generatione Nepos Sem filii Noë. Quidquid dicat incontrarium Bochartus in Phalegh l. 2. c. 15. qui numeroſam 13. fratrum prolem concludere nititur infra contracta ſepta Felicis Arabiæ;

bis; Regio potius aſſignanda Nepotibus Cham, in Chanaanitide, & Ægypto conterminis. Noviſſimam igitur, inter memoratas, Hiſtoriam Sinenſes adnotare coguntur a tranſmigratione, aut ſi mavis, Nativitate alicujus ex tredecim filiis Jectan, quiſquis fuerit, qui ultimos Seras progenuit. Cujus nativitas anterior 1301. circiter annorum exacti Diluvii eſſe non potuit.

Americana Historia. ut aliquid etiam de ipſa dicamus, nullo modo cum præcedentibus Nationibus ad antiquitatis prærogativam aſpirare poterit. Non ex ratione Henrici Urſini, qui in Analectis ſacris l. 6. c. 24. probare contendit, poſt Chriſtum natum cæpiſſe demum habitari ampliſſima occidentalis ea Orbis pars, quam Novum Mundum appellare meritò poſſumus. Contrarium convincunt Incolarum undique multitudo, & in plurimis regionibus Urbium, Templorum, viarum, legum, morum, aliarumque antiquitatum monumenta; quæ & ſi barbarie undique involuta, veterem tamen culturam, & a primævis traditam præſeferunt. Reiicienda inſuper erit opinio Petri Opmeri l. 1. Chronograph. & Marci Leſcarboti l. 1. de nova Francia c. 3. aſſerentium, eos Populos a Noë illuc cum Nepotibus appulſo fundatos. Imò damnari debet eorum ſententia, qui ab univerſali ſubmerſione immunem occidentalem terram fuiſſe delirant. Facilius ſuadebit Henricus Kippingius Inſt. Polit. l. 1. c. 20. §. 12. ſeu negotiatoria navigatione, ſeu naufragio impellente appulſos ejus Terræ primos habitatores probans. Non ideò acceptabilior redditur ſentētia Keckermanni l. 2. ſyſtematis Geogr. & aliorum apud Kippingium loco cit. qui docent illas Regiones olim ab antiquis cognitas, propter interruptum commercium per longum tempus ab hominum memoria excidiſſe. Explodenda etiam Georgii Hornii de origine Americanorum aſſertio, qua pluribus probare nititur, Ophir Salomonis in America fuiſſe. Licet doctiſſimus Pineda quam in Commentarijs Job negaverat, in lib. 4. c. 14. de Rebus Salomonis probabilem dijudicet propter numerum, & rationes Authorum, qui eam defendunt. Neque audiendi Petrus Bertius, in Tabulis contractis l. 9. pag. 787. & Manaſſes Ben Iſrael in libro quem vocat Spes Iſraëlis, pag. 22. & ſeqq. qui putant harum terrarum Incolas deſcendentes eſſe 10. Tribuum Iſraelis, quas a Salmanaſare, & Sennecharib in Aſiam prius traſpoſitas, poſt multa ſæcula Scytharum excur-

ſiones

Digitized by Google

ſiones a ſuis ſedibus,per Tartariæ deſerta,in ſeptentrionalem Americam abegerunt. Quod omninò falſum oſtendit Theophilus Spizelius in diſſertatione de Iſraelitis Americanis. Probabilius tandem Hugo Grotius de origine Americanorum opinatur, ſeptentrionales quidem Americanos a Norvegis,Suecis,& Germanis ortos; Meridionales vero à Sinenſibus;cui judicio ſe ſubſcribunt Garſilaſſus Inga de origine,& moribus Pervanorum, & Hornius in Arca Noë ubi de Pervanis.Ut ut ſit,certa eſt Regula *Ludovici Thomaſini P. 3. §. 3. num. 5. Præfationis ad Gloſſarium univerſale Hebræum*. Intercedere hoc diſcrimen inter maritimas, & terreſtres transmigrationes: Maritimæ eo quod brevi tempore perfici poſſunt, & commeatum adducere commodè valent, non tantum ad vitam ſuſtentandam,ruralium inſtrumentorum, ſeminum, & domeſticorum animalium;ſed ad mentem excolendam,ſcripturarum, & ſcientiarum excultam gentem adducit in novas terras. Terreſtres verò commigrationes à paucis plerunque, & rudioribus arreptæ per vaſtas, & invias ſolitudines, abſque ullis Doctorum, librorum, artificumque auxiliis, non niſi in barbariem, & agreſtem vitam emergunt. Hinc feritate conſideratâ Americanorum,ſi paucos tantum excipias, vera præ omnibus argui poteſt ſententia *Eduardi Brehcuvadi in Scrutin. Linguar. & Relig. Nicolai Fulleri Miſcellau. l. 2. c. 4.Thomæ Campanellæ de Monarch.Hiſp.cap.* 31. in Americam perveniſſe Scythas Aſiæ Orientalis. Pro eadem opinione ſtant Solertiſſimus *Joſeph Acoſta Soc. Jeſu in Hiſt. Natur. Ind. Occid.* dum *l.* 1. *a cap.* 19. *ad* 25. inveſtigans illorum originem: Melius, ait refelli poſse, quam firmari,aſſertiones cujuſcunque primi incolatus. Ejus vero judicium eſt, primos mortales illuc deductos traſmigrationibus potius per montana Borealia, quam Maritimis navigationibus, vel naufragiis.His poſitis,ſemper dicendum, tardius omnium terrarum Americam homines incoluiſſe, & noviſſimam omnium hiſtoriam, Sinenſi poſteriorem, etiam ſi primæ originis notitia maneret, deſcribendam habere; dum ejus initium petere aliunde, quam a primo Coloniæ ductore, nullatenus poſſumus.

Origines & migrationes Gentium omnium a principio rerum ad noſtra tempora, ſtudium ſanè utile nec leviter excurrendum,ſi eſt qui pleniùs ſcire cupiat,adeat Georgii Hornii Arcam Noë, &

col-

collectum conſpiciet, quidquid inter plurimos authores opus eſſet requirere. Hanc provinciam ingreſſi fuerunt Græcorum Hiſtoricorum primi Herodotus, Thucidides, Diodorus Siculus, Pauſanias, Dionyſius Alicarnaſſeus; omneſque pænè rerum præteritarum ſcriptores ab hac neceſſaria originis elucidatione exordiuntur. Wolfgangus Lazius anno 1606. edidit volumen ſanè acceptiſſimum de Gentium aliquot migrationibus, ſedibus fixis, linguarum initiis,& immutationibus,ac dialectis,in quibus de Aquilonaribus Germanis, Francis, Celtis &c. potiſſimum diſſerit. Paucis poſt annis majori eruditione, & diligentia Philippus Cluverius origines elucidavit omnium Populorum Germaniæ totius, & Galliæ, Italiæ, & Siciliæ. Intactam hanc eximiam hiſtoriæ partem omiſit Chriſtophorus Cellarius in Notitia Orbis antiqui, quam pleniſſimam, & omni eruditione refertam,quoad ſolam Regionum veterem Corographiam, exhibet duobus magnis Voluminibus in 4. Lipſiæ æditis 1701. appoſitis Tabulis Geographicis affabrè exculptis. Opus ſane utiliſſimum, ſi origines Gentium non deſiderari maluiſſet.

§. XII. Cluverius, et Carnovalius Historiam Siciliæ a Cyclopibus exordiuntur. Et benè. Quid enim honorificum magis Siculæ hiſtoriæ,quam initium noſcere ab egregiis Japhet, & Javan Nepotibus, filijs Eliſæ, Gigantæâ corporis ſtaturâ & robore, inſuper animi prudentiâ, & virtute, exteris admirationi, & formidini? De eorum primæva Religione, & recto Dei cultu, probitate, & fortitudine, a Phœnicum, & Græcorum eos hoſtiliter invadentium odio tot fabularum ignominiâ inſperſis, longum foret hic diſſerere, quod alibi probandum promittimus. Quo animo, quave de cauſa, declaret celeberrimus pietate, & doctrinâ Euſebius Nierembergius *Hiſt. Natural. lib. 5. c. 16. Sunt aliqui, qui incredulitate geſtiunt doctrinæ opinionem mereri, & ſeuero aut iniquo magis, quam vero judicio veridici videri. Quod mihi non placet. Quemadmodum mores aſperi non ſunt meliores, ſed mediocres; ita in judicando non ſemper iniquos eſſe juvat, ſed medios, & ad omnem ſententiæ partem idoneos, ratione magis fultos, quá reſolutione.* Sunt enim quibus ſublimitas intellectus de qualibet quæſtione ratiocinationes ſeu veras, ſeu fallaces ſuppeditat. Probabilitatis inde à ſe inventæ amore capti, etiamſi aliquando apud ſemetipſos minimè perſuaſi; à comuni tamen, &

ac-

Digitized by Google

acceptâ omnium ſententiâ alios removere, & ad proprii judicii, validis, ut putant, fultam argumentis, opinionem omnes compellere confidunt. Si tantis conatibus nil aliud obtineant, Scepticorum Sectatoribus hoc ſatis, ingenium acuere, non ad elucidandã veritatem, ſed potius ad involuendã qualemcumque probabilitatis, aut traditionis (veritatis etiam, ſi licet) opinionem intra aſperrimæ Criticæ incertas dubitationes.

Non ſemper quod non ordinarium eſt falſum; nec rebus, quæ noſtris ſub oculis aut numquam aut raro venerunt, fidem abrogare debemus. Quid à cunctis, & præcipuè à Thucidide, Cteſia, Plutarcho, Joſepho Hebræo, Melchiore Cano, & Pererio contra Herodotum non declamatum fuit? Quod nimirum mendaciis, & fabuloſis ſuam texuerit hiſtoriam, ideò Mythiſtoriam a Strabone appellatam, aptèque vulgatam Muſarum nomine, quarum munus eſt ficta canere. Herodoto eruditam Apologiam, incredulis, Criticiſque peridoneam, protulit præſtantiſſimus inter pios Criticos Antonius Poſſevinus Soc. Jeſu: *In Bibliotheca Selecta lib. 16. cap. 3: Multa*, ait, *videri poſſe incredibilia ijs, qui pedem domo in alienas regiones non extulerint. Quod ſi Aſiam, Africam, Indiam peragraverint, eos ſententiam mutaturos. Id mihi non ſemel ſi dixero accidiſſe in ipſius tantum Europæ peragratione, haud mentiar. Adoleſcens enim Olai Magni de Gothicis rebus hiſtoriam perlegens, quaſi ſomnia eſſe putabam. In Gothiam, & Sueciam poſt multos annos haud ſemel miſſus, comperi plura eſſe vera, quæ exiſtimaveram eſſe commenta. Idem contigit mihi dum cum Moſcis, & Tartaris Scythis agerem. Quamobrem æqua lance pendenda ſunt quæ in Herodoto leguntur. &c.* quæ loco cit. vide.

Diſcant, quæſo, à celebri Authorum Cenſore Gygantum Siculorum Abactores infenſi de illorum poſſibilitate, & de hiſtoricorum eos aſſerentium fide mitius judicare. Neque animum contra robuſtos Siciliæ primos incolas eis addat ipſorum in Gigantomachia propugnator acerrimus Jacobus Bolduc, vir inſignis pietate, & doctrinâ; ſed qui plus juſto confiſus ingenio, in præclaro tractatu *de Eccleſia ante Legem*, multa contradictioni obnoxia excogitavit. Ipſe *lib. 1. cap. 7. in fine, & cap.* 8. 9. animo firmus, Gigantes à terrâ protrudere, auxiliarem gravium Authorum Phalangem in aciem producit. Philonem, Joſephum, Chriſoſtomum, Damaſcenum, Cyrillum Alexandrinum, ex prophanis Macrobium, & Stra-

bonem, pro ſe ſtare proclamat, quibus adde Auguſtinum alioſque ex veteribus graviſſimis, ſanctiſſimiſque Patribus, qui: *Gigantum, nomine inuſitatâ mole, & proceritate corporis homines negant intelligi; ſed ſolum ſuperbos, impios, ſævos, terræque, hoc eſt, terrenis, tam Mundi, quam Carnis voluptatibus affixos, hoc judicari cauſent vocabulo.*

Quid Spei Siculorum Gigantum aſſertoribus elucere poterit, ſi ovans tantus Vir, qualibus ſuppetiis! de abactis à Terrâ Gigantibus, poſt victoriam canit triumphum? Auſus tamen fui, quod mihi (timorem profiteor) non ſolum aggredi, ſed ſola cogitatione tentare, temerarium videbatur. Authorum agmen, quod ſimul conglobatum incutiebat terrorem, propiùs, & ſingulatim examinare deliberavi, nam ſic explorati numeri impreſsionem arcere valerem. Quod expectabam evenit; nam nuſquam gentium incliti Authores, a Bolduco citati, ejus allatæ ſententiæ fautores fuerunt: & nunc de genvino uniuſcujuſque eorum ſenſu rationem reddere parati, mihi indulgent, prout ingenuis convenit, eiſdem ipſorum verbis teſtimonia proferre.

Philo Hebræus, libro de Gigantibus, ſuper illud *Geneſis cap. 6. Gigantes autem erant in Terrâ diebus illis: Aliquis forte*, inquit, *putat quæ Poetæ de Gigantibus fabulantur, his Legislatorem ſubindicare, cum hæc immenſum diſtent à fabulis. . . . . Nullam igitur de Gigantibus affert fabulam, ſed illud te docere vult, alios eſſe Terræ, alios Cæli, alios Dei homines &c.* Quis detrectat non loqui Scripturam, loco citato, de Terræ Filijs, ab irata Ope ſeu terrâ editis, in Deorum ultionem? Hoc voluit Philo ſibi concedi, ut Hiſtoriam (quod ei ſemper ſolemne) ad Allegoriam traduceret.

Joſeph Hebræus lib. 1. Antiq. cap. 4. de eiſdem ante diluvianis Gigantibus Hiſtoriam contexens, in falſam opinionem de ipſorum ab Angelis, ſeù Demonibus generatione, cum plurimis antiquorum prolapſus eſt. Hanc renovare conatur *Franc. Valeſius Sac. Philoſ. cap.* 8. Meritò idcircò vapulat a Gaſp. Schotto, Torreblâca, Cardoſo, &c. Locis citandis *Ita*, in quit Joſeph, *Sceleribus Deû infenſum ſibi reddiderunt; nam multi Angeli Dei, cum Mulieribus congreſſi, progeniem procreaverunt inſolentem, fiduciâ roboris omne jus, & fas contemnentem: quorum facinora non abſimilia his, quę de Gigantibus Gręci memorant, poſteritati ſunt tradita.* Item *lib.* 1. *cap.* 10. ubi de quatuor Regibus Aſſyriorum, Sodomorum regionem invadentibus

Hi,

Hi, ait, *& Syriam univerſam rapinis vaſtaverunt, & Gigantum poſteros perdomuerunt*. Ultimò, *lib.* 5. *cap.* 2. enarrans Joſuë victorias contra Hebronitas: *Apud hos*, inquit, *in eam diem ſuperſtites erant quidam è Gigantum genere, ſtaturâ, & ſpecie cæteris mortalibus diſpares, viſu ſimul, & auditu horribiles, quorum oſſa adhuc oſtenduntur, qualia vix credant, qui non viderunt ipſi*. [Argillaceos Naturæ Luſus P.Kircherius judicat] Ex verbis profectò Joſephi, aut nunquam ipſi in mentem venit interpretatio Bolduci, aut infidelis Ioſephi Interpres Sigiſmundus Gelenius, & mentem, & ſenſum, & verba vitiavit.

S.Io: Chriſoſtomus Itidem dum minimè Bolduco adhæret, aut ejus erectam fiduciam redarguit, aut eamdem injuriam, quam Ioſephus, ab Interpretibus paſſus. Ip ſe in Geneſis *c.6. Gigantes hic*, ait, *a ſcriptura dici, opinor, robuſtos corpore: ex illis*, *inquit*, *generatio illorum aucta eſt*. Item ſuper illud *Geneſis cap.* 14.*Venit Codolomogor, & Reges qui cum eo erant, & trucidarunt Gigantes in Aſtaroth, & Carnain &c. Scriptura diligenter narrat, ut diſcamus quantum fuerit robur, & quanta potentia Barbarorum, & quanto impetu in bellum venerint, qui & Gigantes, hoc eſt proceros, & fortes corpore debellarint. Homil.* 35. *in Gen.* Et in enarratione ſuper cap. 3.Iſai in illud: *Auferam.... Gigantem, & Potentem. Gigantem nullo non loco ſcriptura conſuevit exponere per valentem viribus, & robore potentem, aut per eum, qui proportione membrorum multis ante ſtat. Etenim Scriptura cum diceret in articulo creationis: Hi erant Gigantes, homines nominati: enumerans hæc non aliud dicit, quam generationem illam natam tum fuiſſe. Sed nobis quoque tacitè innuit eos fuiſſe viribus præſtantes, valentes ſolidâ membrorum firmitate, & per ætatem validos, ac Succulentos.* Dicant nunc Bolduco contra Gigātes Fæderati quo verbo Sāctus Doctor eos aliquādo negavit? ſi eorum initia ante Diluvium poſuit, extraordinariè illos patrum ſolitam proceritatem exceſſiſſe ſignificavit, & Gigantes Gigantum illos fuiſſe, de quibus rationabiliter, ut ſemper, loquitur P. Gaſpar Schottus loco inferius citando.

S.Cyrillus Alexandrinus lib. 3. ſuper Geneſim negat erroneam Antiquorum opinionem, Gigantes progenitos ex Angelis, utpote incorporeis, ſed ex ardenti concupiſcentiâ generatos affirmat, ideoque eveniſſe: *ut uxores eorum prodigia parerent.... Erant nap-*

que Gigantes, ideſt indomiti robuſtique homines, plurimumque deformes, atque ob corporum magnitudinem ceteros excellentes. Idem ſubdit lib. 9. contra Julianum. *Pepererunt Mulieres Gigantes; nam Divina ira ipſas corporum pulcritudines ſignabat, eo quod juſtitiam conculcaſſent propter fœdas affectiones, & abominabilem voluptatem. Fuerunt autem Gigantes potentes quidem, & fortiſſimi, ſed aſpectu valde deformi. . . . Non enim ſecundum Græcorum Poetas, maximos illos, & nos fuiſſe dicimus, tam ſublimibus corporibus, ut & Inſulas ex medio mari rapiant, & in cœlum proijciant, nec tantum tranſcendentes humanitatis, quantum Græcorum mendacijs viſum eſt; ſed fœdos aſpectu, & monſtruoſos, & temerarios.* Hos per centum circiter annos viderunt ante Diluvium tres filij Noë Sem, Cham, & Japhet, & narraverunt poſt Diluvium filijs ſuis, & filij filijs, per multas generationes; quarum traditionum memores Ægyptij, & Phænices (ab iſtis omnis impietas in Mundum devenit) Græcis authores fuerunt, ut fabulis omnia permiſcerent, & extraordinariam Proceritatem primorum Nepotum Noë, antediluvianâ monſtruoſitate illorum Gigantum infamarent. Hanc ex S. Cyrilli verbis animadverſionem ſi quis roboratam velit, legat Eruditiſſimum Kircheium *To. 1. Sintagm. 1. cap. 9. ſupopſ. 3. & 4.*

S. Io: verò Damaſceni in Catena ſuper Geneſ. verba ſunt. *Gigantes hic appellari exiſtimo, qui robuſtiſsimo eſſent corpore.* Proh quãtum roboris Proceritas auget! Ergo quia robuſtos, negavit proceros? conſentiat qui velit cum Peretio *in Geneſ. lib.* 8. *cap.* 6. *verſ.* 4. *n.* 112.

Et ne tædio Lector afficiatur, omittuntur S. Auguſtini verba *l.* 15. *de Civ. cap.* 23. qui totus eſt in aſſerendo apocripham Enochi Scripturam, ex qua Gigantes ex Angelis genitos conjectabant; cæterum eos evidenter admittit, etiam antequam filij Seth cum filiabus Cain miſcerentur. Auctor verò Catenæ Hebraicæ ſuper Geneſim ap. Cajetanum ait ipſos Gigantes non ſolum ex damnatis commercijs, verum etiam ex alijs conjugijs progenitos. . . . Et ideò Nephilim dictos (ideſt cadentes) quia alios compellebant propter formidinem ante eos proſterni.

Nullum video Patrum, quos Bolducus vocatos voluit, Gigantes extitiſſe negantem. Audiamus autem Macrobium, qui de prophanis authoribus teſtis adducitur, & profectò fabularum omnium

nium ingenioſus exploſor, aut interpres. *In lib. 1. Saturnal. cap. 20. Gigantes autem*, ait, *quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quamdam impiam gentem Deos negantem, & ideò æſtimatam Deos pellere de cæleſti ſede voluiſſe? Horum pedes in Draconum volumina deſinebant: quod ſignificat, nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe &c.* Poetarum figmenta exponit; Gigantes fuiſſe non inficiatur.

Supereſt tantum Strabonis authoritas, inſignis judicij, & prudentiæ, & ut cum Lipſio loquar, non ad Vulgi guſtum Scriptoris. Actum foret de Controverſiâ, ſi egregius Orbis indagator nuſquã Gigantes inventos fuiſſe contenderet. In tribus locis de ijs agit; in duobus primis Poetarum fabulas exponit, tertio loco Antæi prodigioſam ſtaturam, a nemine prudentis judicij admittendam, refellit. Ipſum audiamus. *Lib. 5. Quæ de Phlegræis campis fabulantur, ac re ibi cum Gigantibus geſtâ, non aliundè videntur orta, quam quod eam regionem ob ſoli virtutem, multi ſibi certatim vindicarent* Libro verò ſexto. *Juxta Leucam in Salentinis fons fœtentis aquæ monſtratur, ibi Gigantes Phlegræos ab Hercule fuiſſe exagitatos, terrâque obrutos, & ex eorum ſanie ſcaturiginem talem eſſe.* Libro denique 12. Gabinium Romanum ſcriptorem, ut fabuloſum reprehendit: *Scribit enim apud Lingam Antæi Sepulturam eſſe, & compagem oſsium cadaveris aſſumpti cubitorum ſexaginta, eamque a Sertorio detectam, rurſus humatam.*

Quis quæſo ex allegatis Authoribus Bolduci opinioni patrocinatur? Ipſe autem majori animo, quos proceritate diminutos voluit, ſingulari probitate adauctos probare conatur. Radices Hebraicarum vocum Raphaim, Nephilim, & Similium, quibus in Scripturâ accipiuntur Gigantes, in bonam partem inſignis virtutis, perfectæq; erga Deum Religionis traducit. Et quod mirum, inter probos Religioſoſque Nembrodum Babylonicæ Turris extructorem, quia ex ijs Gigantibus, enumerat.

Bolduco (ut videtur) difficile factum eſt, ſecus quam ſperabat, a mente hominum proceros Gigantes extrudere: Non ideò tamen admittenda cenſuimus immania illorum Gigantum portenta, Antæi, Orionis Polyphemi, Erycis, Pallantis aliorumque, qui ab authoribus adducuntur. Licet ipſis omnimodam præſtet fidem *Daniel Harthnaccius in Admirandis Phyſ. cap. 8. qu. 1.* Neque audiendos putet contradicentes; *Becanum de Gigantomach. Hieron. Mercur.*

ap. Fortun. Licetum lib. 4.*de Spontan. viv.ortu cap.*6.*Athan. Kircher. l.*8. *Mundi ſubter. ſect.* 2. *cap.*4.Saliano Nos, Genebrardo, Lucido, Steph. Menochio in Storeis,& aliјs facilè conſentimus, Adamum, Noë, cum eorum filijs; procerioris nimium ſtaturæ, quam nunc homines naſcuntur, ex perfectioribus Elementis, quibus alebantur, fuiſſe. Propter Diluvij corruptionem Naturam poſtea defeciſſe, & paſſim ſicuti Longævitate, ita, & corporis altitudine minores apparuiſſe. Neque ab adverſarijs ex hoc colligendum, Hominum ætates, & corporum altitudines, per tot ſæcula jugiter diminutioni obnoxias,ad minimum radactas, ut par erat, non videri. Nam Dei Providentia,In Numero, Pondere, & Menſurâ cuncta gubernans,Terminum aliqualem præfinivit, ad quem vitæ Hominum pertingere ordinariè poſſent;Hunc poſt quatuordecim circiter Sæcula à Diluvio, & viginti ſeptem ante Nos,David deſcripſit. Pſ. 89. *Dies annorum noſtrorum, in ipſis ſeptuaginta anni; ſi autem in Potentatibus octoginta; & amplius eorum, labor, & dolor.* Sic a pari Statura nimium erectior in primis hominibus, deficiente Naturâ, in mediocri altitudine ſtetit;variabilis perinde, ſecundum Regionis, & alimenti, & aëris, aut generationis accidentia.

Nemo Philoſophorum renuit aſſerere,quod argumentis firmum inveniunt,Gigãtum magnitudinem,ex tripla proportione,ordinariâ ſtaturâ majorem poſſe conſiderari, ſicuti è contrario videntur paſſim Pygmæi eodem triplo minores. Hanc quæſtionem ſi quis velit fuſius diſcuſſam inſpicere, adeat in primis doctiſſimum Iacobum Saliano *in Annalibus Vet.Teſtam.ad an.* 1042. ubi ex Scripturæ locis, & ex Patribus ad evidentiam confirmat ſententiã, quã tenet, Gigantes à Sæculo, ideſt à Mundi initio extitiſſe. Et Adamum, Evam, Cainum, Abelem, cæteroſque, proceriſſimæ ſtaturæ fuiſſe. (Non immanis, & fabuloſæ, ſed antedictæ triplæ proportionis, octo,aut decem cubitorum)Annuit verò cũ S. Cyrillo Alexandrino, *loco citato*, & aliis, Antediluvianos Gigantes fuiſſe peculiariter deformes, robuſtos, bellicoſos, violentes, feroces, flagitioſos, ſuperbos, atque impios *a n.*9. ad n. 19. Et quia Bolducus primam impreſſionem Annalium citaverat, hanc ejus opinionem reijciens; Ipſe in poſtremâ ejuſdem operis editione: *Pariſijs* 1641. *In Scholio ad n.* 16. Bolducum, & illius interpretationes vocum Nephilim, & Raphaim, redarguit, ſuamque adauget ſententiam majoribus argumentis, ibi videndis.

Vi-

Videndi etiam Gaſpar Schottus Soc. Ieſu in amœniſſimæ lectionis *Phyſicâ curioſâ lib.3. cap.* 8.... Iſaac Cardoſus *in Philoſ. liberâ lib.6. cap.* 16.... Franciſcus Torreblanca *in Magia Naturali lib.* 2. *cap.* 31. *&* *in Juris ſpirit. pract. lib.* 5. *cap.* 6. ubi luculenter quidquid uſque ad 1635. de Gigantibus ſcriptum fuerat in unum collegit. Idem fecit Ioannes Zahn, anno 1696. *in Speculo Phyſico-Hiſtorico To.* 3. *ſcr.* 5. *Diſquiſ.* 1. *cap.* 9. Et pro Gigantibus Siciliæ ſpecialiter omnino legendi : Placidus Reina. *Par.* 1. *Notit. Hiſtor. Civitatis Meſſanæ a pag.* 1. *ad* 16. & inſigne Patrij Soli ornamentum D. Antoninus Mongitore in Obſervationibus *ad cap.* 2. §. 1. *Siciliæ Inventricis* eruditiſsimi Viri D. Vincentij Auriæ *a pag.* 89. Valguarnera præterea, & Fazellus locis citatis.

Nec aliquem terreat omnibus eloquentiæ numeris expleta Oratio de Gigantibus Theodori Ricki habita Lugduni ad Rhenum anno 1681. & impreſſa poſt notas, & caſtigationes in Stephanum de Urbibus Lucæ Holſtenij. In ea bonus Orator Gigantes impugnat, & inter alios nominatim Siculos, contra Phazellum, & Valguarneram, & Cluverium, quos laudat, credulitatis tamen nimiæ taxare non deſinit. Oratorio interim artificio utens, ut argumento validiori potiatur, contra Poeticos Gigantes, & immanes illos omni fide nutantes, cunctas Rhetoricas exſerit vires. Cæterum dum Scripturæ Gigantes negare non poteſt, Goliat, Og, Enacios &c. dum alios, quos ex hiſtoricis habemus procerioris ſtaturæ admittit, inter quos, & Patagones Meridionalis Americæ Populos, de quibus fuse diſſerit; dum hos concedit, noſtros primos Colonos procerioris ſtaturæ, velit nolit, concedere cogitur. Maximè quia Ipſi ijdem, primis temporibus in Siciliam, & forſan ex ijſdem familijs aut Gentibus venerunt, quibus in Italiam Auſones, Opici, & Aurunci, quos ex Varrone immanis ſtaturæ confitetur Idem Rickius in Diſſertatione *de primis Italiæ Colonis cap.* 2. *n.* 19.

Utinam Siculæ Gloriæ cupidis per maximè Mors non obfuiſſet! Habuiſſemus de Gigantibus Noſtratibus, & de eorum Scheletis etiam nuperrimè inventis, Craniorum, manuum, pedum, (prout optabant Rickius, & P. Kircherius *loc. cit.*) Diſſertationem luculentiſſimam ab Antiquitatis indagatore eximio P. Petro Maſſa Soc. Jeſu, pro ſua humanitate mihi amiciſſimo, Patriæ bono nato, & ad vitæ extremum intento, Litterariæ Reip. nunquam

ſatis

Digitized by Google

ſatis deflendo damno ereptus eſt, dum Siciliam a ſe diligentiſſimè Perquiſitam Publicæ utilitati Typis exponebat.

Pro eodem §. *pag.* 16. Æolus regnabat anno Mundi 2870. circiter. Orion, a quo Meſſanenſium origo, per Placidum Reyna, loc. cit., fuit idem qui Nembrod, Babylonicæ Turris extructor: quod omninò refellendum putamus, utpote à probabilitate, & Sacræ Scripturæ verbis valde diſſonum, & Siciliæ nimis inonorum. Similiter ut Fabuloſus exſufflctur tranſitus Cham ex Ægypto in noſtram Inſulam ab Annio excogitatus, & a de Groſſis, & à Carrera perperam receptus, ut antiquiſſimum inclitæ Catanenſis Civitatis Conditorem invenirent. Omnes qui in Eruditiſſimo Valguarnera Æolicorum, Pelaſgorumq; cum Patre Eliſa, deſcripta, & probata itinera legerunt, faceſſant, clamare oportet, a Feliciſſimo Solo de maledictâ Stirpe Civitatum Fundatores.

Eod. §. Sciſſuram Siciliæ ab Italia adeò certam tenet Claudius Dauſquius in libro: *Terræ Flutantes cap.* 11. ut inſultare non ceſſet doctiſſimo Valguarneræ, qui plurimis argumentis (vanas conjecturas vocat Dauſquius) ipſam reprobare molitur. Ita vera hæc divulſio Tanaquilo Fabro apparet, ut tempus etiam in Euſtathij ad Periergetæ commentarijs v. 475. ſe inveniſse *lib.* 1. *Epiſt.* 14. glorietur. Quam ſciſsuram is Author (cujus Antiquitatis ſit, neſcimus) Acaſto Æoli filio Siculis imperitante, Neptuno fautore, ut ab invaſoribus Regnum liberaret, factam eſse memorat. Æolum autem idem Tanaquilus circa ea tempora vixiſse refert, quibus Iſraël ab Agyptiorum ſervitute ereptus eſt. Antiquiorem hanc avulſionem cum noſtro Invegio putat Athanaſius Kircherius in Arca Noë *P.* 3. *cap.* 1. ubi probabiliter proponit, & ſtatuit, Terræ faciem non eamdem poſt Diluvium permanſiſse, quæ ante fuerat, & inter conſimiles Methamorphoſes, Cyprum, Eubœam, Brittanniam, Siciliam &c. a continenti disjunctas enumerat. Noviſſimè omnium Chriſtophorus Cellarius in Notitia Orbis antiqui *lib.* 2. *cap.* 12. ubi de Sicilia; Cluverio, & Valguarneræ adhærens, ſuſpectam illam hiſtoriam, & fabulæ ſimiliorem permultis videri aſserit. De inſigni Contraverſiâ non eſt hic locus proferendi nec ſententiam, nec judicium, nè dum negamus Siciliam ab initio proſciſsam, præſcindatur item antiquitatis prærogativa, ex tali notitiâ à noſtro Invegio Siculæ Hiſtoriæ ingenioſè quæſita.

Ad

Ad Cap. 2. Sectionis primæ. §. I.

ADAMUM PRIMUM HISTORIOGRAPHUM. Quæ de Adami, Sethi, Enoch, quin, & Chami, aliorumque ante Moſen libris afferuntur, omnia incerta, & apocriphis innixa traditionibus. Non tamen omnimodâ auctoritate ſpoliata, ut aliquid fidei eis preſtari non poſſit, ſi oculo critico veriſimilia à fabuloſis ſeparare placuerit. Non inficias ibo amplectendam mihi ſemper viſam opinionem P. Athanaſij Kircherij, tot probabilibus conjecturis, & minime contemnendis authoritatibus innixam, & diſcuſsam *in Oedipo Ægyptiaco To. 1. ſect. 1. cap. 9. & in Obeliſco Pamphilio cap. 1. & in Arca Noè ſect. 1. cap. 3.* Litterarum, & perinde librorum inventionem tribui debere Adamo primo Parenti; a quo omnes Diſciplinæ, & Scientiarum fundamenta; & Artes edocti fuere cum Setho ejus Filij, & Nepotes, uſque ad Noë: a quo, renovato jam Mundo, eædem Facultates, unà cum vera Dei cognitione communicatæ fuerunt. Hæc rationi ità conſentanea videntur, ut in dubium verti nequeant, niſi a quibus inſtitutum, omnia contradicere, & negare. Cum Kircherio conſentiunt Ludovicus Thomaſinus *in Præfatione ad Gloſſarium Univerſale Hebraicum.* P. C. Fraſſen *in Diſquiſ. Biblicis lib. 1. cap. 2. ſect. 2. §. 2.* Daniel Huetius (tamenſi non ſine hæſitatione aſſenſum præbet) *in prepar. Evang. cap. 13. §. 9.* Ex Svida, Georgio Sincello, & alijs ab eis adductis auctoribus.

§. II. MONARCHIA ASSYRIA. Et §. III. *Monarchia Perſiana.* De Antiquis horum Imperiorum Scriptoribus: De Manethone, qui excripſit Ægyptiorum Annales: de Beroſo qui ſequutus eſt Annales Aſſyriorum: de Sanchoniate, qui excripſit Annales Phœnicum, partim ex Urbium Annalibus, partim ex libris in Templo aſſervatis, & ab Jerombalo Dei Sacerdote receptis, vide Euſebium *de præpar. Evangel. lib. 10. cap. 3.* & Voſſium: *de Hiſt. Græcis lib. 1. cap. 1.* & Danielem Huetium: *de prepar. Evang. cap. 2. §. 2.*

§. MONARCHIA GRÆCA. Multos Herodoto antiquiores adducit Voſſius: *loco cit. de Hiſt. Gr.* Cadmum Pandionis filium, Mileſium, qui de Patriæ ædificatione, & de tota Jonia libros quatuor ſcripſit. Ex Svida, qui paulo juniorem Orphæo facit. Hunc primum Hiſtoricorum putat Plinius: *lib. 7. cap. 56.* Acuſilaum Argivum,

biæ; Regio potius aſſignanda Nepotibus Cham, in Chanaanitide, & Ægypto conterminis. Noviſſimam igitur, inter memoratas, Hiſtoriam Sinenſes adnotare coguntur a tranſmigratione, aut, ſi mavis, Nativitate alicujus ex tredecim filiis Jectan, quiſquis fuerit, qui ultimos Seras progenuit. Cujus nativitas anterior 1301. circiter annorum exacti Diluvii eſſe non potuit.

Americana Historia, ut aliquid etiam de ipſa dicamus, nullo modo cum præcedentibus Nationibus ad antiquitatis prærogativam aſpirare poterit. Non ex ratione Henrici Urſini, qui in Analectis ſacris l. 6. c. 24. probare contendit, poſt Chriſtum natum cæpiſſe demum habitari ampliſſima occidentalis ea Orbis pars, quam Novum Mundum appellare meritò poſſumus. Contrarium convincunt Incolarum undique multitudo, & in plurimis regionibus Urbium, Templorum, viarum, legum, morum, aliarumque antiquitatum monumenta; quæ & ſi barbarie undique involuta, veterem tamen culturam, & a primævis traditam præſeferunt. Reiicienda inſuper erit opinio Petri Opmeri l. 1. Chronograph. & Marci Leſcarboti l. 1. de nova Francia c. 3. aſſerentium, eos Populos a Noë illuc cum Nepotibus appulſo fundatos. Imò damnari debet eorum ſententia, qui ab univerſali ſubmerſione immunem occidentalem terram fuiſſe delirant. Facilius ſuadebit Henricus Kippingius Inſt. Polit. l. 1. c. 20. §. 12. ſeu negotiatoria navigatione, ſeu naufragio impellente appulſos ejus Terræ primos habitatores probans. Non ideò acceptabilior redditur ſentētia Keckermanni l. 2. ſyſtematis Geogr. & aliorum apud Kippingium loco cit. qui docent illas Regiones olim ab antiquis cognitas, propter interruptum commercium per longum tempus ab hominum memoria excidiſſe. Explodenda etiam Georgii Hornii de origine Americanorum aſſertio, qua pluribus probare nititur, Ophir Salomonis in America fuiſſe. Licet doctiſſimus Pineda quam in Commentarijs Job negaverat, in lib. 4. c. 14. de Rebus Salomonis probabilem dijudicet propter numerum, & rationes Authorum, qui eam defendunt. Neque audiendi Petrus Bertius, in Tabulis contractis l. 9. pag. 787. & Manaſſes Ben Iſrael in libro quem vocat Spes Iſraëlis, pag. 22. & ſeqq. qui putant harum terrarum Incolas deſcendentes eſſe 10. Tribuum Iſraelis, quas a Salmanaſare, & Sennecharib in Aſiam prius traſpoſitas, poſt multa ſæcula Scytharum excurſiones

ſiones a ſuis ſedibus,per Tartariæ deſerta,in ſeptentrionalem Americam abegerunt. Quod omninò falſum oſtendit Theophilus Spizelius in diſſertatione de Iſraelitis Americanis. Probabilius tandem Hugo Grotius de origine Americanorum opinatur, ſeptentrionales quidem Americanos a Norvegis,Suecis,& Germanis ortos; Meridionales vero à Sinenſibus;cui judicio ſe ſubſcribunt Garſilaſſus Inga de origine,& moribus Pervanorum, & Hornius in Arca Noë ubi de Pervanis.Ut ut ſit,certa eſt Regula *Ludovici Thomaſini P. 3. §. 3. num. 5. Præfationis ad Gloſſarium univerſale Hæbręum*, Intercedere hoc diſcrimen inter maritimas, & terreſtres transſmigrationes; Maritimæ eo quod brevi tempore perfici poſſunt, & commeatum adducere commodè valent, non tantum ad vitam ſuſtentandam,ruralium inſtrumentorum, ſeminum, & domeſticorum animalium;ſed ad mentem excolendam,ſcripturarum, & ſcientiarum excultam gentem adducit in novas terras. Terreſtres verò commigrationes à paucis plerunque, & rudioribus arreptæ per vaſtas, & invias ſolitudines, abſque ullis Doctorum, librorum, artificumque auxiliis, non niſi in barbariem, & agreſtem vitam emergunt. Hinc feritate conſideratâ Americanorum,ſi paucos tantum excipias, vera præ omnibus argui poteſt ſententia *Eduardi Brebeuvadi in Scrutin. Linguar. & Relig. Nicolai Fullęri Miſcellau. l. 2. c. 4.Thomæ Campanellæ de Monarch.Hiſp.cap.* 31. in Americam perveniſſe Scythas Aſiæ Orientalis. Pro eadem opinione ſtant Solertiſſimus *Joſeph Acoſta Soc. Jeſu in Hiſt. Natur. Ind. Occid.* dum *l.* 1. *a cap.* 19. *ad* 25. inveſtigans illorum originem: Melius, ait refelli poſse, quam firmari,aſſertiones cujuſcunque primi incolatus. Ejus vero judicium eſt, primos mortales illuc deductos traſmigrationibus potius per montana Borealia, quam Maritimis navigationibus, vel naufragiis.His poſitis,ſemper dicendum, tardius omnium terrarum Americam homines incoluiſſe, & noviſſimam omnium hiſtoriam, Sinenſi poſteriorem, etiam ſi primæ originis notitia maneret, deſcribendam habere; dum ejus initium petere aliunde, quam a primo Coloniæ ductore, nullatenus poſſumus.

Origines & migrationes Gentium omnium a principio rerum ad noſtra tempora, ſtudium ſanè utile nec leviter excurrendum,ſi eſt qui pleniùs ſcire cupiat,adeat Georgii Hornii Arcam Noë, &

col-

collectum conſpiciet, quidquid inter plurimos authores opus eſſet requirere. Hanc provinciam ingreſſi fuerunt Græcorum hiſtoricorum primi Herodotus, Thucidides, Diodorus Siculus, Pauſanias, Dionyſius Alicarnaſſeus; omneſque pænè rerum præteritarum ſcriptores ab hac neceſſaria originis elucidatione exordiuntur. Wolfgangus Lazius anno 1606. edidit volumen ſanè acceptiſſimum de Gentium aliquot migrationibus, ſedibus fixis, linguarum initiis, & immutationibus, ac dialectis, in quibus de Aquilonaribus Germanis, Francis, Celtis &c. potiſſimum differit. Paucis poſt annis majori eruditione, & diligentia Philippus Cluverius origines elucidavit omnium Populorum Germaniæ totius, & Galliæ, Italiæ, & Siciliæ. Intactam hanc eximiam hiſtoriæ partem omiſit Chriſtophorus Cellarius in Notitia Orbis antiqui, quam pleniſſimam, & omni eruditione refertam, quoad ſolam Regionũ veterem Corographiam, exhibet duobus magnis Voluminibus in 4. Lipſiæ æditis 1701. appoſitis Tabulis Geographicis affabrè exculptis. Opus ſane utiliſſimum, ſi origines Gentium non deſiderari maluiſſet.

§. XII. Cluverius, et Carnovalius Historiam Siciliæ a Cyclopibus exordiuntur. Et benè. Quid enim honorificum magis Siculæ hiſtoriæ, quam initium noſcere ab egregiis Japhet, & Javan Nepotibus, filijs Eliſæ, Gigantæâ corporis ſtaturâ & robore, inſuper animi prudentiâ, & virtute, exteris admirationi, & formidini? De eorum primæva Religione, & recto Dei cultu, probitate, & fortitudine, a Phœnicum, & Græcorum eos hoſtiliter invadentium odio tot fabularum ignominiâ inſperſis, longum foret hic differere, quod alibi probandum promittimus. Quo animo, quave de cauſa, declaret celeberrimus pietate, & doctrinâ Euſebius Nierembergius *Hiſt. Natural. lib. 5. c. 16. Sunt aliqui, qui incredulitate geſtiunt doctrinæ opinionem mereri, & ſeucero aut iniquo magis, quam verò judicio veridici videri. Quod mihi non placet. Quemadmodum mores aſperi non ſunt meliores, ſed mediocres; ita in judicando non ſemper iniquos eſſe juvat, ſed medios, & ad omnem ſententiæ partem idoneos, ratione magis fultos, quâ reſolutione.* Sunt enim quibus ſublimitas intellectus de qualibet quæſtione ratiocinationes ſeu veras, ſeu fallaces ſuppeditat. Probabilitatis inde à ſe inventæ amore capti, etiamſi aliquando apud ſemetipſos minimè perſuaſi; à comuni tamen, & ac-

acceptâ omnium ſententiâ alios removere, & ad proprii judicii, validis, ut putant, fultam argumentis, opinionem omnes compellere confidunt. Si tantis conatibus nil aliud obtineant, Scepticorum Sectatoribus hoc ſatis, ingenium acuere, non ad elucidandã veritatem, ſed potius ad involuendã qualemcumque probabilitatis, aut traditionis (veritatis etiam, ſi licet) opinionem intra aſperrimæ Criticæ incertas dubitationes.

Non ſemper quod non ordinarium eſt falſum; nec rebus, quæ noſtris ſub oculis aut numquam aut raro venerunt, fidem abrogare debemus. Quid à cunctis, & præcipuè à Thucidide, Cteſia, Plutarcho, Joſepho Hebræo, Melchiore Cano, & Pererio contra Herodotum non declamatum fuit? Quod nimirum mendaciis, & fabuloſis ſuam texuerit hiſtoriam, ideò Mythiſtoriam a Strabone appellatam, aptèque vulgatam Muſarum nomine, quarum munus eſt ficta canere. Herodoto eruditam Apologiam, incredulis, Criticiſque peridoneam, protulit præſtantiſſimus inter pios Criticos Antonius Poſſevinus Soc. Jeſu: *In Bibliotheca Selecta lib. 16. cap. 3. Multa*, ait, *videri poſſe incredibilia ijs, qui pedem domo in alienas regiones non extulerint. Quod ſi Aſiam, Africam, Indiam peragraverint, eos ſententiam mutaturos. Id mihi non ſemel ſi dixero accidiſſe in ipſius tantum Europæ peragratione, haud mentiar. Adoleſcens enim Olai Magni de Gothicis rebus hiſtoriam perlegens, quaſi ſomnia eſſe putabam. In Gothiam, & Sueciam poſt multos annos haud ſemel miſſus, comperi plura eſſe vera, quæ exiſtimaveram eſſe commenta. Idem contigit mihi dum cum Moſcis, & Tartaris Scythis agerem. Quamobrem æqua lance pendenda ſunt quæ in Herodoto leguntur. &c.* quæ loco cit. vide.

Diſcant, quæſo, à celebri Authorum Cenſore Gygantum Siculorum Abactores infenſi de illorum poſſibilitate, & de hiſtoricorum eos aſſerentium fide mitius judicare. Neque animum contra robuſtos Siciliæ primos incolas eis addat ipſorum in Gigantomachia propugnator acerrimus Jacobus Bolduc, vir inſignis pietate, & doctrinâ; ſed qui plus juſto confiſus ingenio, in præclaro tractatu *de Eccleſia ante Legem*, multa contradictioni obnoxia excogitavit. Ipſe *lib. 1. cap. 7. in fine, & cap.* 8. 9. animo firmus, Gigantes à terrâ protrudere, auxiliarem gravium Authorum Phalangem in aciem producit. Philonem, Joſephum, Chriſoſtomum, Damaſcenum, Cyrillum Alexandrinum, ex prophanis Macrobium, & Stra-

bonem, pro ſe ſtare proclamat, quibus adde Auguſtinum alioſquè ex veteribus graviſſimis, ſanctiſſimiſque Patribus, qui: *Gigantum, nomine inuſitatâ mole, & proceritate corporis homines negant intelligi; ſed ſolum ſuperbos, impios, ſævos, terræque, hoc eſt, terrenis, tam Mundi, quam Carnis voluptatibus affixos, hoc judicari cauſent vocabulo.*

Quid Spei Siculorum Gigantum aſſertoribus elucere poterit, ſi ovans tantus Vir, qualibus ſuppetiis! de abactis à Terrâ Gigantibus, poſt victoriam canit triumphum? Auſus tamen fui, quod mihi (timorem profiteor) non ſolum aggredi, ſed ſola cogitatione tentare, temerarium videbatur. Authorum agmen, quod ſimul conglobatum incutiebat terrorem,propiùs, & ſingulatim examinare deliberavi, num ſic explorati numeri impreſsionem arcere valerem. Quod expectabam evenit; nam nuſquam gentium incliti Authores, a Bolduco citati, ejus allatæ ſententiæ fautores fuerunt: & nunc de genvino uniuſcujuſque eorum ſenſu rationem reddere parati, mihi indulgent, prout ingenuis convenit, eiſdem ipſorum verbis teſtimonia proferre.

Philo Hebræus, libro de Gigantibus, ſuper illud *Geneſis cap. 6. Gigantes autem erant in Terrâ diebus illis: Aliquis forte*, inquit, *putat quæ Poetæ de Gigantibus fabulantur, his Legislatorem ſubindicare, cum hæc immenſum diſtent à fabulis. . . . . Nullam igitur de Gigantibus affert fabulam, ſed illud te docere vult, alios eſſe Terræ,alios Cæli, alios Dei homines &c.* Quis detrectat non loqui Scripturam, loco citato, de Terræ Filijs,ab irata Ope ſeu terrâ editis,in Deorum ultionem? Hoc voluit Philo ſibi concedi, ut Hiſtoriam (quod ei ſemper ſolemne) ad Allegoriam traduceret.

Joſeph Hebræus lib. 1. Antiq. cap. 4. de eiſdem ante diluvianis Gigantibus Hiſtoriam contexens, in falſam opinionem de ipſorum ab Angelis, ſeù Demonibus generatione, cum plurimis antiquorum prolapſus eſt. Hanc renovare conatur *Franc. Valeſius Sac. Philoſ. cap.* 8. Meritò idcircò vapulat a Gaſp. Schotto, Torreblãca, Cardoſo, &c. Locis citandis *Ita*, in quit Joſeph, *Sceleribus Deũ infenſum ſibi reddiderunt; nam multi Angeli Dei, cum Mulieribus congreſſi, progeniem procreaverunt inſolentem, fiduciâ roboris omne jus, & fas contemnentem: quorum facinora non abſimilia his, quę de Gigantibus Gręci memorant, poſteritati ſunt tradita.* Item *lib.* 1. *cap.* 10. ubi de quatuor Regibus Aſſyriorum,Sodomorum regionem invadentibus

Hi,

Hi, ait, *& Syriam univerſam rapinis vaſtaverunt, & Gigantum poſteros perdomuerunt*. Ultimò, *lib.* 5. *cap.* 2. enarrans Joſuè victorias contra Hebronitas: *Apud hos*, inquit, *in eam diem ſuperſtites erant quidam è Gigantum genere, ſtaturâ, & ſpecie cæteris mortalibus diſpares, viſu ſimul, & auditu horribiles, quorum oſſa adhuc oſtenduntur, qualia vix credant, qui non viderunt ipſi.* [Argillaceos Naturæ Luſus P.Kircherius judicat] Ex verbis profectò Joſephi, aut nunquam ipſi in mentem venit interpretatio Bolduci, aut infidelis Ioſephi Interpres Sigiſmundus Gelenius, & mentem, & ſenſum, & verba vitiavit.

S.Io: Chriſoſtomus Itidem dum minimè Bolduco adhæret, aut ejus erectam fiduciam redarguit, aut eamdem injuriam, quam Ioſephus, ab Interpretibus paſſus. Ipſe in Geneſis *c.6. Gigantes hic*, ait, *a ſcriptura dici, opinor, robuſtos corpore: ex illis, inquit, generatio illorum aucta eſt.* Item ſuper illud *Geneſis cap.* 14.*Venit Codolomogor, & Reges qui cum eo erant, & trucidarunt Gigantes in Aſtaroth, & Carnain &c. Scriptura diligenter narrat, ut diſcamus quantum fuerit robur, & quanta potentia Barbarorum, & quanto impetu in bellum venerint, qui & Gigantes, hoc eſt proceros, & fortes corpore debellarint. Homil.* 35. *in Gen.* Et in enarratione ſuper cap. 3. Iſai in illud: *Auferam.... Gigantem, & Potentem. Gigantem nullo non loco ſcriptura conſuevit exponere per valentem viribus, & robore potentem, aut per eum, qui proportione membrorum multis ante ſtat. Etenim Scriptura cum diceret in articulo creationis: Hi erant Gigantes, homines nominati: enumerans hæc non aliud dicit, quam generationem illam natam tum fuiſſe. Sed nobis quoque tacitè innuit eos fuiſſe viribus præſtantes, valentes ſolidâ membrorum firmitate, & per ætatem validos, ac Succulentos.* Dicant nunc Bolduco contra Gigãtes Fæderati quo verbo Sãctus Doctor eos aliquãdo negavit? ſi eorum initia ante Diluvium poſuit, extraordinariè illos patrum ſolitam proceritatem exceſſiſſe ſignificavit, & Gigantes Gigantum illos fuiſſe, de quibus rationabiliter, ut ſemper, loquitur P. Gaſpar Schottus loco inferius citando.

S.Cyrillus Alexandrinus lib. 3. ſuper Geneſim negat erroneam Antiquorum opinionem, Gigantes progenitos ex Angelis, utpote incorporeis, ſed ex ardenti concupiſcentiâ generatos affirmat, ideoque eveniſſe: *ut uxores eorum prodigia parerent.... Erant nam-*

 que-

Digitized by Google

que Gigantes, ideſt indomiti robuſtique homines, plurimumque deformes, atque ob corporum magnitudinem ceteros excellentes. Idem ſubdit lib. 9. contra Julianum. *Pepererunt Mulieres Gigantes; nam Divina ira ipſas corporum pulcritudines ſignabat, eo quod juſtitiam conculcaſſent propter fœdas affectiones, & abominabilem voluptatem. Fuerunt autem Gigantes potentes quidem, & fortiſſimi, ſed aſpectu valde deformi.... Non enim ſecundùm Græcorum Poetas, maximos illos, & nos fuiſſe dicimus, tam ſublimibus corporibus, ut & Inſulas ex medio mari rapiant, & in cœlum proijciant, nec tantum tranſcendentes humanitatis, quantum Græcorum mendacijs viſum eſt; ſed fœdos aſpectu, & monſtruoſos, & temerarios.* Hos per centum circiter annos viderunt ante Diluvium tres filij Noë Sem, Cham, & Japhet, & narraverunt poſt Diluvium filijs ſuis, & filij filijs, per multas generationes; quarum traditionum memores Ægyptij, & Phœnices (ab iſtis omnis impietas in Mundum devenit) Græcis authores fuerunt, ut fabulis omnia permiſcerent, & extraordinariam Proceritatem primorum Nepotum Noë, antediluvianâ monſtruoſitate illorum Gigantum infamarent. Hanc ex S. Cyrilli verbis animadverſionem ſi quis roboratam velit, legat Eruditiſſimum Kircheium *To.1. Sintagm. 1. cap. 9. ſupopſ. 3. & 4.*

S. Io: verò Damaſceni in Catena ſuper Geneſ. verba ſunt. *Gigantes hic appellari exiſtimo, qui robuſtiſsimo eſſent corpore.* Proh quãtum roboris Proceritas auget! Ergo quia robuſtos, negavit proceros? conſentiat qui velit cum Peretio *in Geneſ. lib. 8. cap. 6. verſ. 4. n. 112.*

Et ne tædio Lector afficiatur, omittuntur S. Auguſtini verba *l. 15. de Civ. cap. 23.* qui totus eſt in aſſerendo apocripham Enochi ſcripturam, ex qua Gigantes ex Angelis genitos conjectabant; cæterum eos evidenter admittit, etiam antequam filij Seth cum filiabns Cain miſcerentur. Auctor verò Catenæ Hebraicæ ſuper Geneſim ap. Cajetanum ait ipſos Gigantes non ſolum ex damnatis commercijs, verum etiam ex alijs conjugijs progenitos.... Et ideò Nephilim dictos (ideſt cadentes) quia alios compellebant propter formidinem ante eos proſterni.

Nullum video Patrum, quos Bolducus vocatos voluit, Gigantes extitiſſe negantem. Audiamus autem Macrobium, qui de prophanis authoribus teſtis adducitur, & profectò fabularum omnium

nium ingenioſus explosor, aut interpres. *In lib.* 1. *Saturnal. cap.* 20. *Gigantes autem*, ait, *quid aliud fuiſſe credendum eſt*, *quam hominum quamdam impiam gentem Deos negantem, & ideò æſtimatam Deos pellere de cæleſti ſede voluiſſe? Horum pedes in Draconum volumina deſinebant: quod ſignificat*, *nihil eos rectum*, *nihil ſuperum cogitaſſe &c.* Poetarum figmenta exponit; Gigantes fuiſſe non inficiatur.

Supereſt tantum Strabonis authoritas, inſignis judicij, & prudentiæ, & ut cum Lipſio loquar, non ad Vulgi guſtum Scriptoris. Actum foret de Controverſiâ, ſi egregius Orbis indagator nuſquã Gigantes inventos fuiſſe contenderet. In tribus locis de ijs agit; in duobus primis Poetarum fabulas exponit, tertio loco Antæi prodigioſam ſtaturam, a nemine prudentis judicij admittendam, refellit. Ipſum audiamus. *Lib.* 5. *Quæ de Phlegræis campis fabulantur, ac re ibi cum Gigantibus geſtâ, non aliundè videntur orta*, *quam quod eam regionem ob ſoli virtutem, multi ſibi certatim vindicarent* Libro verò ſexto. *Juxta Leucam in Salentinis fons fœtentis aquæ monſtratur*, *ibi Gigantes Phlegræos ab Hercule fuiſſe exagitatos*, *terrâque obrutos*, *& ex eorum ſanie ſcaturiginem talem eſſe.* Libro denique 11. Gabinium Romanum ſcriptorem, ut fabuloſum reprehendit: *Scribit enim apud Lingam Antæi Sepulturam eſſe*, *& compagem oſſium cadaveris aſſumpti cubitorum ſexaginta, eamque a Sertorio detectam*, *rurſus humatam.*

Quis quæſo ex allegatis Authoribus Bolduci opinioni patrocinatur? Ipſe autem majori animo, quos proceritate diminutos voluit, ſingulari probitate adauctos probare conatur. Radices Hebraicarum vocum Raphaim, Nephilim, & Similium, quibus in Scripturâ accipiuntur Gigantes, in bonam partem inſignis virtutis, perfectæq; erga Deum Religionis traducit. Et quod mirum, inter probos Religioſoſque Nembrodum Babylonicæ Turris extructorem, quia ex ijs Gigantibus, enumerat.

Bolduco (ut videtur) difficile factum eſt, ſecus quam ſperabat, a mente hominum proceros Gigantes extrudere: Non ideò tamen admittenda cenſuimus immania illorum Gigantum portenta, Antæi, Orionis Polyphemi, Erycis, Pallantis aliorumque, qui ab authoribus adducuntur. Licet ipſis omnimodam præſtet fidem *Daniel Harthnaccius in Admirandis Phyſ. cap.* 8. *qu.* 1. Neque au[illegible]ndos putet contradicentes; *Becanum de Gigantomach. Hieron. Mercur.*

*ap. Fortun. Licetum lib. 4.de Spontan. viv.ortu cap.6.Athan. Kircheri l.8. Mundi ſubter. ſect. 2. cap.4.*Saliano Nos, Genebrardo, Lucido, Steph. Menochio in Storeis,& alijs facilè conſentimus, Adamum, Noë, cum eorum filijs; procerioris nimium ſtaturæ, quam nunc homines naſcuntur, ex perfectioribus Elementis, quibus alebantur, fuiſſe. Propter Diluvij corruptionem Naturam poſtea defeciſſe, & paſſim ſicuti Longævitate, ita, & corporis altitudine minores apparuiſſe. Neque ab adverſarijs ex hoc colligendum, Hominum ætates, & corporum altitudines, per tot ſæcula jugiter diminutioni obnoxias,ad minimum radactas, ut par erat, non videri. Nam Dei Providentia,In Numero, Pondere, & Menſurâ cuncta gubernans,Terminum aliqualem præfinivit, ad quem vitæ Hominum pertingere ordinariè poſſent; Hunc poſt quatuordecim circiter Sæcula à Diluvio, & viginti ſeptem ante Nos,David deſcripſit. Pſ. 89. *Dies annorum noſtrorum; in ipſis ſeptuaginta anni; ſi autem in Potentatibus octoginta; & amplius eorum, labor, & dolor.* Sic a pari Statura nimium erectior in primis hominibus,deficiente Naturâ, in mediocri altitudine ſtetit;variabilis perinde, ſecundum Regionis, & alimenti, & aëris, aut generationis accidentia.

Nemo Philoſophorum renuit aſſerere,quod argumentis firmum inveniunt,Gigãtum magnitudinem,ex tripla proportione,ordinariâ ſtaturâ majorem poſſe conſiderari, ſicuti è contrario videntur paſſim Pygmæi eodem triplo minores. Hanc quæſtionem ſi quis velit fuſius diſcuſſam inſpicere, adeat in primis doctiſſimum Iacobum Saliano *in Annalibus Vet.Teſtam.ad an.* 1042. ubi ex Scripturæ locis, & ex Patribus ad evidentiam confirmat ſententiã, quã tenet, Gigantes à Sæculo, ideſt à Mundi initio extitiſſe. Et Adamum, Evam, Cainum, Abelem, cæteroſque, proceriſſimæ ſtaturæ fuiſſe. (Non immanis, & fabuloſæ, ſed antedictæ triplæ proportionis, octo,aut decem cubitorum)Annuit verò cũ S. Cyrillo Alexandrino, *loco citato*, & aliis, Antediluvianos Gigantes fuiſſe peculiariter deformes, robuſtos, bellicoſos, violentes, feroces, flagitioſos, ſuperbos, atque impios *a n.9.* ad n. 19. Et quia Bolducus primam impreſſionem Annalium citaverat, hanc ejus opinionem reijciens; Ipſe in poſtremâ ejuſdem operis editione: *Pariſijs* 1641. *In Scholio ad n.* 16. Bolducum, & illius interpretationes vocum Nephilim, & Raphaim, redarguit, ſuamque adauget ſententiam majoribus argumentis, ibi videndis.

Vi-

Videndi etiam Gaſpar Schottus Soc.Ieſu in amœniſſimæ lectionis *Phyſicâ curioſâ lib.3. cap. 8....* Iſaac Cardoſus *in Philoſ.liberâ lib.6.cap. 16....* Franciſcus Torreblanca *in Magia Naturali lib. 2. cap. 31. & in Juris ſpirit. pract. lib. 5. cap. 6.* ubi luculenter quidquid uſque ad 1635. de Gigantibus ſcriptum fuerat in unum collegit. Idem fecit Ioannes Zahn, anno 1696. *in Speculo Phyſico-Hiſtorico To. 3. ſcr. 5. Diſquiſ. 1. cap. 9.* Et pro Gigantibus Siciliæ ſpecialiter omnino legendi : Placidus Reina. *Par.1. Notit. Hiſtor. Civitatis Meſſanæ a pag. 1. ad 16.*& inſigne Patrij Soli ornamentum D. Antoninus Mongitore in Obſervationibus *ad cap. 2. §. 1. Siciliæ Inventricis* eruditiſsimi Viri D. Vincentij Auriæ *a pag. 89.* Valguarnera præterea, & Fazellus locis citatis.

Nec aliquem terreat omnibus eloquentiæ numeris expleta Oratio de Gigantibus Theodori Ricki habita Lugduni ad Rhenum anno 1681. & impreſſa poſt notas, & caſtigationes in Stephanum de Urbibus Lucæ Holſtenij. In ea bonus Orator Gigantes impugnat; & inter alios nominatim Siculos, contra Phazellum,& Valguarneram, & Cluverium, quos laudat, credulitatis tamen nimiæ taxare non deſinit. Oratorio interim artificio utens, ut argumento validiori potiatur, contra Poeticos Gigantes, & immanes illos omni fide nutantes,cunctas Rhetoricas exſerit vires. Cæterum dum Scripturæ Gigantes negare non poteſt,Goliat, Og, Enacios &c. dum alios,quos ex hiſtoricis habemus procerioris ſtaturæ admittit, inter quos, & Patagones Meridionalis Americæ Populos, de quibus fusè diſſerit; dum hos concedit, noſtros primos Colonos procerioris ſtaturæ,velit nolit, concedere cogitur. Maximè quia Ipſi iidem,primis temporibus in Siciliam, & forſan ex iiſdem familijs aut Gentibus venerunt, quibus in Italiam Auſones, Opici, & Aurunci, quos ex Varrone immanis ſtaturæ confitetur idem Rickius in Diſſertatione *de primis Italiæ Colonis cap. 2.n.19.*

Utinam Siculæ Gloriæ cupidis per maximè Mors non obfuiſſet! Habuiſſemus de Gigantibus Noſtratibus, & de eorum Scheletis etiam nuperrimè inventis, Craniorum, manuum, pedum, (prout optabant Rickius,& P. Kircherius *loc. cit.*) Diſſertationem luculentiſſimam ab Antiquitatis indagatore eximio P.Petro Maſſa Soc. Jeſu, pro ſua humanitate mihi amiciſſimo, Patriæ bono nato, & ad vitæ extremum intento. Litterariæ Reip. nunquam

ſatis

ſatis deſlendo damno ereptus eſt, dum Siciliam a ſe diligentiſſimè Perquiſitam Publicæ utilitati Typis exponebat.

Pro eodem §. *pag. 16.* Æolus regnabat anno Mundi 2870.circiter. Orion, a quo Meſſanenſium origo, per Placidum Reyna, loc. cit., fuit idem qui Nembrod, Babylonicæ Turris extructor: quod omninò refellendum putamus, utpote à probabilitate, & Sacræ Scripturæ verbis valde diſſonum, & Siciliæ nimis inonorum. Similiter ut Fabuloſus exſufflctur tranſitus Cham ex Ægypto in noſtram Inſulam ab Annio excogitatus, & a de Groſſis, & à Carrera perperam receptus, ut antiquiſſimum inclitæ Catanenſis Civitatis Conditorem invenirent. Omnes qui in Eruditiſſimo Valguarnera Æolicorum, Pelaſgorumq; cum Patre Eliſa, deſcripta, & probata itinera legerunt, faceſſant, clamare oportet, a Feliciſſimo Solo de maledictâ Stirpe Civitatum Fundatores.

Eod. §. Sciſſuram Siciliæ ab Italia adeò certam tenet Claudius Dauſquius in libro: *Terræ Flutantes cap.* 11. ut inſultare non ceſſet doctiſſimo Valguarneræ, qui plurimis argumentis (vanas conjecturas vocat Dauſquius) ipſam reprobare molitur. Ita vera hæc divulſio Tanaquilo Fabro apparet, ut tempus etiam in Euſtathij ad Periergetæ commentarijs v. 475. ſe inveniſse *lib.* 1.*Epiſt.* 14. glorietur. Quam ſciſsuram is Author (cujus Antiquitatis ſit, neſcimus) Acaſto Æoli filio Siculis imperitante, Neptuno fautore, ut ab invaſoribus Regnum liberaret, factam eſse memorat. Æolum autem idem Tanaquilus circa ea tempora vixiſse refert, quibus Iſraël ab Agyptiorum ſervitute ereptus eſt. Antiquiorem hanc avulſionem cum noſtro Invegio putat Athanaſius Kircherius in Arca Noë *P.* 3. *cap.* 1. ubi probabiliter proponit, & ſtatuit, Terræ faciem non eamdem poſt Diluvium permanſiſse, quæ ante fuerat, & inter conſimiles Methamorphoſes, Cyprum, Eubœam, Brittanniam, Siciliam &c. a continenti disjunctas enumerat. Noviſſimè omnium Chriſtophorus Cellarius in Notitia Orbis antiqui *lib.* 2.*cap.* 12. ubi de Sicilia; Cluverio, & Valguarneræ adhærens, ſuſpectam illam hiſtoriam, & fabulæ ſimiliorem permultis videri aſserit. De inſigni Contraverſiâ non eſt hic locus proferendi nec ſententiam, nec judicium, nè dum negamus Siciliam ab initio proſciſsam, præſcindatur item antiquitatis prærogativa, ex tali notitiâ à noſtro Invegio Siculæ Hiſtoriæ ingenioſè quæſita.

Ad

Ad Cap. 2. Sectionis primæ. §. I.

ADAMUM PRIMUM HISTORIOGRAPHUM. Quæ de Adami, Sethi, Enoch, quin, & Chami, aliorumque ante Moſen libris afferuntur, omnia incerta, & apocriphis innixa traditionibus. Non tamen omnimodâ auctoritate ſpoliata, ut aliquid fidei eis preſtari non poſſit, ſi oculo critico veriſimilia à fabuloſis ſeparare placuerit. Non inficias ibo ampleсtendam mihi ſemper viſam opinionem P. Athanaſij Kircherij, tot probabilibus conjecturis, & minime contemnendis authoritatibus innixam, & diſcuſsam *in Oedipo Ægyptiaco To.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 9. *& in Obeliſco Pamphilio cap.* 1. *& in Arca Noë ſect.* 1. *cap.* 3. Litterarum, & perinde librorum inventionem tribui debere Adamo primo Parenti, a quo omnes Diſciplinæ, & Scientiarum fundamenta, & Artes edocti fuere cum Setho ejus Filij, & Nepotes, uſque ad Noë: a quo, renovato jam Mundo, eædem Facultates, unà cum vera Dei cognitione communicatæ fuerunt. Hæc rationi ità conſentanea videntur, ut in dubium verti nequeant, niſi a quibus inſtitutum, omnia contradicere, & negare. Cum Kircherio conſentiunt Ludovicus Thomaſinus: *in Præfatione ad Gloſſarium Univerſale Hebraicum.* P. C. Fraſſen: *in Diſquiſ. Biblicis lib.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 2. §. 2. Daniel Huetius (tamenſi non ſine hæſitatione aſſenſum præbet) *in prepar. Evang. cap.* 13. §. 9. Ex Svida, Georgio Sincello, & alijs ab eis addictis auctoribus.

§. II. MONARCHIA ASSYRIA. Et §. III. *Monarchia Perſiana.* De Antiquis horum Imperiorum Scriptoribus: De Manethone, qui excripſit Ægyptiorum Annales: de Beroſo qui ſequutus eſt Annales Aſſyriorum: de Sanchoniate, qui excripſit Annales Phœnicum, partim ex Urbium Annalibus, partim ex libris in Templo aſſervatis, & ab Jerombalo Dei Sacerdote receptis, vide Euſebium *de præpar. Evangel. lib.* 10. *cap.* 3. & Voſſium: *de Hiſt. Græcis lib.* 1. *cap.* 1. & Danielem Huetium: *de prepar. Evang. cap.* 2. §. 2.

§. MONARCHIA GRÆCA. Multos Herodoto antiquiores adducit Voſſius: *loco cit. de Hiſt. Gr.* Cadmum Pandionis filium, Mileſium, qui de Patriæ ædificatione, & de tota Jonia libros quatuor ſcripſit. Ex Svida, qui paulo juniorem Orphæo facit. Hunc primum Hiſtoricorum putat Plinius: *lib.* 7. *cap.* 56. Acuſilaum Argivum,

Digitized by Google

qui Genealogias ſcripſit, quas Pater ejus, dum domi locum fodit, repererat, [En quam antiquum hujuſmodi inventum; litterarijs abſconditis, & inventis, theſauris, imponere faciliorum credulitati.] Hunc authorem Joſephus contra Apionem paulò ante Perſicum bellum floruiſſe ait... Archilochum [non Apocryphum Annij) qui Chronica ſcripſiſſe putatur circa Olymp. 20. & 23. Et alios per multos Hiſtoricos affert, qui Temporibus Perſicis, ante Herodotum ſcripſerunt, Eodemque capite hæc præfatur. Neque Græci nominare ullum Gentis ſuæ Hiſtoricum poſſunt, qui non quingentis, & amplius annis recentior ſit bello Trojano (ideſt circa annos 130. ante Cyrum, & Temporum Perſicorum initia. His datis, ruit præcedentia ſupra alios Hiſtoricos Hypis Rhegini, Sicularum rerum primi ſcriptoris. Si obſervaſſet noſter Inveges ſolertius Svidam, aut Geſneri Bibliothecam, & alios è quibus Voſſius ſuum Opus molitus fuit; aut Computum reformaſſet, aut forſan præ ceteris Hypis Hiſtoriam pluris faciendam, oſtendere operæ prætium certè judicaſſet.

§. V. Monarchia Romana. De Hiſtoricis Romanarum rerum deperditis, & exiſtentibus, qui ab Sacerdotum commentariis earum initia didicerunt, vide fusè differentem Jo: Ger. Voſſium: *de Hiſtoricis Latinis lib. 1. cap. 1. 2. 3. &c.* Et Martinum Hankiū: *de Romanarum rerum ſcriptoribus. Lipſiæ impreſſum 1669. in 4.*

§. VI. De Manethone non eſt quod addam jam dictis ad §. II. P. Athanaſius Kircherius in Tomo primo Oedipi Ægyptiaci de Rerum Ægypti antiquiſſimis Scriptoribus; & de Hermetis Triſmegiſti, & Hierophantorum libris omninò videndus.

§. VII. VIII. IX. Germanorum, Hiſpanorum, Gallorumque, Ita, & Svecorum, Gothorum, Brittannorum &c. antiquiſſimi Scriptores, videndi ſunt in Præfationibus præcipuorum Hiſtoricorum harum Nationum: non ſine trepidatione tamen falſitatis. Neque tanti faciendi, ut inter Hiſtoricos locum obtinere quæant.

§. X. Hypis Rheginus. De eo, de alijs Hiſtoricis Siculis hic reſignandis, vide diligentiſſimè extructam Bibliothecam Siculam à nunquam ſatis laudato D. Antonino Mongitore: vide etiam non minus accuratam Siciliæ Bibliothecam Veterem ſeu Elogia Veterem Siculorum qui Litterarum fama claruerunt, Auctore Hieronymo Renda-Raguſa Soc. Jeſu, Siculo Moticenſi, viro eruditiſſimo:

Digitized by Google

mo: vide etiam Jo: Gerardum Voſſium in libris de Hiſtoricis Græcis, & Latinis. Meminere de Hypi Voſſius: *de Hiſtor. Gr. lib. 4. cap.* 3. qui ſub Xerſe & Dario floruiſſe affirmat. Item Patritius: *in Poetica lib.* 1. *fol.* 68. *& lib.* 2. *fol.* 182.

Ad Sectionis 2. Cap. primum.

§. I. HEU QUANTUM SICILIÆ DEPAUPERAVIT HISTORIAM! Quam altius ejulatus fuiſset, ſi legiſset Georgii Draudii bibliothecam Claſſicam tit. *de Hiſtoricis*, ubi Hiſtoriam Siculam his Voluminibus intercludit.

Sicularum Rerum ſcriptores præcipui uno volumine collecti, & ſunt
Thomæ Fazelli Decades
Marij Aretij de Situ Inſulæ Siciliæ
Marij Nigri ex Geographiæ Comm: Octavo.
Michaelis Ritij Neapolitani de Regibus Siciliæ
Hugonis Falcandi de Siciliæ Calamitatibus
Impreſs. *Francofurti apud Andr. Wechelum* 1579. *in fol.*
Cæſaris Baronij Tractatus de Monarchia Siciliæ 1609.
Edictum Philippi III. adverſus Baronium de Monarchia 1621.
Baronij Epiſtola ad Regem Catholicum 1619. 4.
Philippi Cluverij Sicilia antiqua 1619.
Hugonis Falcandi Pariſ. 1550. 4.
Corradus Vecerius de ſeditionibus Siciliæ ex rebus geſtis Henrici VI. Imper. Hagenæ, & Baſil. 32. Plures his adnotantur in Bibliotheca Sluſiana, quam vide. de aliis Bibliothecarum Indicibus nihil hic addendum cenſeo.

§. V. Et ſi Philiſtus à Svida Syracuſanus, vel Naucratica vocetur, putat tamen Goltzius: *in Sicil. Hiſtor. fol.* 91. Naucratæ nomen non Patriæ, ſed Familiæ vocem potius fuiſſe.

§. VII. Claruit Timæus ſub Ptolemæo Lagi filio, & ſub Ptolemæo Philadelpho, ex Voſſio: *de hiſt. Gr. l.* 1. *c.* 12.

§. XIII. Polycritus. Polycletum vocat Phazellus: *Dec.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. Inter incertæ ætatis auctores à Voſſio recenſetur. *de Hiſt. Gr.*

§. XVI. Lycus, diſtinguitur à Lupo à Placido Reyna: *in Not. Meſſan. P.* 1. *fol.* 218. *&* 326.

Digitized by Google

§. XVIII. Moſchion, alius eſt à Moſcho Poëta Bucolicho. Conſule Bonannum: *Syrac. Illuſtr. lib. 2. fol.* 294.

§. XXI. Diyllus. de eo Voſſius: *de Hiſt. Græcis lib.* 3. antiquiorem Ptolemæo Philadelpho judicat.

§. XXIII. Cornelius Severus. Ex P. Raguſa *in Bibl. Sicula fol.* 70. fuit Tauromenitanus, qui Philadelphium Muguos ſequitur, hic autem Petrum Crinitum *de Poetis citat*. Crinitus verò *de Poetis latinis l.* 3. Tauromenitanum fuiſſe tacet. Parvum Poëma ſub Ætnæ nomine Virgilio hactenus tributum, verè Cornelij Severi eſt ex *Voſſio de Hiſt. lat. lib.* 1. *cap.* 21. Crinito citato alijſque. Redijt ſub Cornelij nomine impreſſum cum Ætna Petri Bembi: Amſtelodami 1703.

§. XXIV. Cave ne judices Diodori opus Epiſtolas ab Arcangelo productas, ſuper quas Carrera hiſtoriam contexuit, ſummo præjudicio, præclari Nominis ob inſignia Civium facinora, antiquiſſimæ Civitatis Catanæ.

§. XXV. Doſithei Plutarchus *in Parall. minoribus* citat librum tertium Rerum Sicularum.

§. XXVIII. Non ſcripſit Athenæus opus peculiare de Siculis rebus; in ſuo Convivio ſophiſtarum pluries rerum Sicularum, & sẽper cum honore meminit.

§. XXXIV. Silenus Calatianus, non ex Calata Thraciæ urbe, ſed ex Calacta Siciliæ judico. Siculum fuiſſe tradunt Carrera *de Ætna l.* 1. *cap.* 1. P. Raguſa *in Biblioth. Sic. fol.* 247.

§. XLII. Hermachius ſcripſit Epiſtolas 23. de Empedoclis rebus, ex Laertio.

§. XVIII. Gorgiæ vitam ſcripſit Philoſtratus, quæ inter Sophiſtarum vitas ab ipſo Philoſtrato ſcriptas extat.

§. XLIX. Agathocles, non illũ, qui Syracuſis fuit Tyrannus, ſed alium incerti ævi judicat Voſſius *de Hiſt. Gr. lib.* 3. & librum de Officinis Vulcani putat fœtum Agathoclis Babylonij.

Ad Caput ſecundum Sectionis Secundæ.

§. IV. Plutarchus ultra Dionis vitam, multa ad Siculas res pertinentia deſcribit, in vitis Pyrri Epyrotarum Regis, Timoleontis Corinthij, Alcibiadis, Niciæ, Pompeij, &c. & multa in Mo ralibus memorat.

§. V.

§. V. De B. Marco Leontino vide Cajetanum: *to.* 1. *SS. Siculorum fol.* 87.

§. VI. B. Gregorium Magnum ad Siculorum amorem pertraxit B. Sylvia Mater, Panormitana. De Santiſſima Gregorij Matre Cajetanus: *To.* 1. *SS. Sicul.* & D. Antoninus Mongitore inter Panormitanas Divas eruditiſſimè vendicans; contra Meſsanenſis Authoris nuperas excogitationes, qui ut Concivibus gratificaretur, Civitati Meſſanenſi plures Sanctos adſcripſit, Beatumque Gregorium ex Meſſana oriundum voluit. Secus reclamat firma traditio ſex Monaſteriorum ab ipſo in Civitate, & Pomerio, Panormi fundatorum; inter quos cæleberrimum eſt Monaſterium Sancti Martini de Schalis, ab initio Gregoriani titulo inſignitum, & ex Epiſtolis Sancti Gregorij; cum alijs quinque, hoc præcipuo decore præclarum: ut ad evidentiam probat Pirrhus: *To.* 4. *de Abbatijs Bened. in Sicil.* cui facilè aſsenſum præſtat, ejuſq; exactam eruditionem laudat P. Joes Mabillonius Benedictinus Congr. S. Mauri: *in Annalium Benedictinorum Tom.* 1. *ad an.* 580. Hæc Monaſteria, & pingue Patrimonium trium Talentorum, quod in Sicilia Romana Eccleſia poſſidebat, materiam præbuit ejus citatis Epiſtolis.

§. VII. Authographum Chronologiæ Amiratum Saracenorum in Sicilia, cuſtodit, inter antiquitatum Theſauros Eruditi Muſæi, & Bibliothecæ, illuſtris Marchio Madoniæ.

§. IX. Theodoſii Epiſtola extat etiam apud Cajetanum: *To.* 2. *Sanctorum Sicul. fol.* 272. quam vide cum Animadverſionibus.

§. XXII. Extat inter ejus Opera de Geographia.

§. XXXIV. Petri Bembi Dialogus de Ætna extat inter alia Bembi opera.

§. XLI. Nigri Chorographia Siciliæ edita eſt in ejus authoris Geographia. Inde inter ſcriptores rerum Sicularum Francofurti 1579.

§. XLII. Chriſtophorus Beſoldus edidit hiſtoriam Regum Siciliæ, & Hieroſolymanorum in 8. Argentinæ *1636*.

§. XLVI. Deſcriptio. & Chronica Siciliæ. Idem opus eſt Chriſtophori Scanelli, editum Neapoli in 8. 1587. Italicè.

§. XLVII. & XLVIII. Chriſtophorus Scobar idem eſt author, qui de rebus præclaris Syracuſanis, & de Antiquitate Agrigentina ſcripſit: utrumque opus prodiit Venetiis 1540.

§. LXI.

Digitized by Google

